

МІНІСТЕРСТВО ОСВІТИ І НАУКИ УКРАЇНИ
ДЕРЖАВНИЙ ВИЩИЙ НАВЧАЛЬНИЙ ЗАКЛАД
«УЖГОРОДСЬКИЙ НАЦІОНАЛЬНИЙ УНІВЕРСИТЕТ»
ФАКУЛЬТЕТ ІНОЗЕМНОЇ ФІЛОЛОГІЇ
КАФЕДРА КЛАСИЧНОЇ ТА РУМУНСЬКОЇ ФІЛОЛОГІЇ

Швед Е.В., Яцків О.М., Дацьо О.Г.

ХРЕСТОМАТІЯ
з курсу
“ЛАТИНСЬКА МОВА”

Навчальні тексти
до основних розділів граматики

Ужгород – 2019

УДК 811.124 (075.8)

Ш 34

Хрестоматія з курсу “Латинська мова”: Навчальні тексти до основних розділів граматики (для студентів гуманітарних факультетів, коледжів, гімназій та ліцеїв). // Уклад. доц. Е. В. Швед., ст.викл. О.М.Яцків, ст.викл. О.Г.Дацьо – Ужгород: УжНУ, 2019 . – 50с.

Хрестоматія містить навчальні тексти, підібрані відповідно до програмового матеріалу. Тексти підібрані з урахуванням спеціалізації студентів гуманітарних факультетів.

Затверджено на засіданні кафедри класичної та румунської філології
Протокол № 8 від 10.05.2019 р.

Затверджено Вченою радою факультету іноземної філології
Протокол №5 від 04.07.2019 р.

Вступні відомості

Відповідно до вимог діючої програми з латинської мови пропонується навчальний посібник спрямований на те, щоб підготувати студентів до читання (зі словником) оригінальних текстів римських авторів, сприяти розумінню та засвоєнню наукової термінології зі спеціальності, розширенню та поглибленню загальнолінгвістичного кругозору.

Хрестоматія включає навчальні тексти для перекладу з латинської мови на українську. Навчальні тексти підібрані та розподілені відповідно до програмового граматичного матеріалу, а також з урахуванням специфіки гуманітарних факультетів, на яких вивчається латинська мова.

Пропонується навчальний посібник є допоміжним джерелом до наявних підручників з латинської мови.

Рекомендована література

1. Литвинов В. Д., Скорина Л. П. Латинська мова: Для студентів факультетів іноземних мов. – Київ: Вища школа, 1990. – 247 с.
2. Звонська Л. Л., Шовковий В. М. Латинська мова: Для студентів гуманітарних спеціальностей, філософів, істориків, теологів. – Київ: “Знання”, 2006. – 711 с.
3. Ревак Н. Г., Сулим В. Т. Латинська мова (для неспеціальних факультетів). – Вінниця: Нова Книга, 2006. – 440 с.
4. Скорина Л. П., Чуракова Л. П. Латинська мова для студентів-юристів. – Київ: Вища школа, 1995. – 255 с.
5. Дяків О. Ю., Петришин М. Й. *Lingua Latina*: Для студентів гуманітарних факультетів. – Івано-Франківськ: Гостинець, 2006. – 228 с.

Тема: I відміна іменників. Теперішній час дійсного способу допоміжного дієслова esse.

De Italia

Lingua Latīna est lingua antīqua. Italia est terra Eurōpae et patria linguae Latīnae. Roma est in Italia. Lingua Latīna est lingua poētārum Romae antīquae. Multis pugnis et multis victoriis Roma clara est. Sicilia est magna insūla Eurōpae inter Italiam et Afrīcam. In ora Siciliae est Aethna. Nota est audacia nautārum Romanōrum. Roma clara est doctrīna et littēris.

De terris Eurōpae

In Eurōpā multae terrae sunt: Italia, Graecia, Germania, Britannia, Gallia, Polonia, Bohemia, Slovenia, Scotia, Hungaria alias Pannonia, Hispania, Belgia, Helvetia, Romania, et multae aliae. Patria nostra in Eurōpā sita est. Nomen patriae nostrae est Ukraina. Patria nostra est terra magna et pulchra. Historia patriae nostrae clara est.

De Italia et de Graecia

Lingua Latīna est lingua antiqua. Lingua Latīna et lingua Graeca sunt linguae antiquae. Italia est terra Eurōpae et patria linguae Latīnae. Roma est in Italia. Lingua Latīna est lingua poetārum Romae antiquae. Multis pugnis et victoriis Roma clara est. Sicilia est magna insūla Eurōpae inter Italiam et Afrīcam sita. In ora Siciliae est Aethna. Nota est audacia nautārum Graeciae. Athēnae in Graecia sunt. Athēnae clarae sunt doctrīna et littēris.

De Ukrainā

Patria nostra est Ucraina (Roxolania). In patria nostra silvae multae sunt, quae bestiis et plantis abundant. Ucraina in Europa sita est. Terrae patriae nostrae finitimae sunt Polonia, Hungaria, Dacoromania, Moldovia et cetērae. Multis pugnis et multis victoriis Ukraina clara est. Nota est audacia incolārum Ucrainae. Patria nostra doctrīna et littēris egregia est.

Tema: Praesens indicativi activi. Imperativus praesentis activi.

De luna

Forma lunae rotunda est. Luna terrae propinqua est. Luna et stellae noctu terram illustrant. Luna saepe figuram littērae C habet. Non semper lunam vidēmus. Umbra terrae interdum obscūrat lunam. Luna nautis grata est. Luna et stellae nautis viam monstrant. Nautis multae stellae notae sunt.

De Sicilia

Sicilia est magna insula Eurōpae, inter Italiam et Africam sita. Incōlae Siciliae agricōlae et nautae sunt. Agricōlae arrant et colunt terram, nautae navigant. Sicilia admōdum fecunda est. Insula etiam uvis suis clara est.

De fābulīs poētārum antiquōrum

Saepe fābulās poētārum antiquōrum legimus. In fābulīs poētae antiquī dē nātūrā narrant. Fābulāe antiquae scientiās vērās dē nātūrā et persōnīs etsī nōn dant, tamen bene vītam et studia populōrum antiquōrum mōnstrant. Libenter legimus fābulās et nārrāmus liberīs nostrīs.

De Diāna et Minerva

Diāna et Minerva magnae et clarae deae sunt. Diāna dea silvārum, praeterea dea lunae est. Diana sagittas habet. Sagittis bestias silvarum necat. Minerva dea pugnārum est. Minerva hastā pugnat, Minerva quoque dea sapientiae est et littēras amat. Femīnae Romānae deārum iram timent. Itaque saepe deas orant et aras rosārum corōnis ornant. In Italia multas deārum statuas marmoreas etiam nunc vidēmus.

De formica et columba fabula

Parva formica in ripā escam quaerit et in aquam incidit. Columba ad formicam advolat et misēram servat. Formica columbae gratias agit. Tum columba avolat et in altā plantā considit. Venit agricōla, columbam videt et sagittam de pharetrā promittit. Sed formica cito accurrit et agricōlam vehementer mordet. Agricōla sagittitam dimittit. Sic formica columbam servat.

Puellae Romānae

Tullia et Iulia puellae Romānae sunt. Tunīcae puellārum albae sunt. Puellae in silvam propērant, in silva cantant et saltant. Syra paellas vocat: “Tullia! Iulia! Finīte ambulāre! Nolīte removēre! Properāte domum! Cena parāta iam est!” Puellae Syrae obtempērant, in villam propērant, sed Tullia maēsta est et flet. Genae puellae lacrimis madīdae sunt. “Cur, Tullia, fles?” – Syra puellam rogat. Et Tullia: “Poenam timeo, – inquit, – nam tunīca nova iam sordīda est”. Syra ridet et puellam novā tunīcā ornat. “O, quam bona es, Syra!” – puella ancillam laudat.

Теми: II відміна іменників.

De elephantis

Elephantus magnus est. Oculi elephanti parvi sunt. In silvis Asiae et Africae est magnus numerus elephantorum. Indi elephantos albos in numero deorum habent. Elephanti albi rari sunt. Mira est patientia elephantorum.

De metallis

Aurum, argentum, ferrum metalla sunt. Metalla sunt in terra. Multi fluvii auro abundant. Ferrum est metallum necessarium. Aurum et argentum apud populos magnum pretium habent. E duro ferro populi varia instrumenta parant.

Caesar ad Alesiam

Alesia, Gallorum oppidum, in loco edito sita est. Ante oppidum campus amplus iacet, campum fluvius et silvae cingunt. Gaesar ad Alesiam copias magnas adducit. Castra in loco idoneo ponit, vallo cingit, castella firmis praesidiis tradit. Alesiae incolae oppidum suum firmant. Ante oppidum fossam ducunt, fossam aqua fluvii vicini implent, portas oppidi claudunt. Magna in campo ante oppidum pugna est. Denique Romani vincunt, incolae Alesiae fugae se mandant.

Теми: Прикметники I-II відміни. Присвійні займенники. Особові та зворотний займенники. Займенникові прикметники. Вказівний займенник is, ea, id.

De aquila et pullis cuniculi fabula

Aquila pullis cuniculi deprehendit et suis liberis portat. Cuniculis multis verbis et lacrimis aquilam orat: "Parce meis liberis". Sed frustra. Aquila cuniculi verba non auscultat, pullos cuniculi in suum nidum portat. Ubi membra pullorum suis liberis praebet. Tum cuniculus ceteros cuniculos orat: "Succurrite mihi, amici cari! Vindicate iniuriam". Cuniculi auxilium non negant. Populum altam, ubi aquila nidum habet, subruunt, nam terram undique subtrahunt. Ita populus alta concidit et aquilae pullos necat.

Lupus in fabŭla

Aesōpus, Graecōrum poēta, et Phaedrus, poēta Romanōrum, in fabŭlis suis saepe de lupo narrant. Fabŭlae lupum ut bestiam saevam et feram pingunt. Lupus aliquando ad rivum agnum videt. Rivi aqua a lupo ad agnum fluit, sed lupo avidus agno clamat: “Cur mihi aquam turbas?” Et agnum miserum devorat. Sic Phaedrus narrat.

Aesōpus fabŭlam de lupo et equo narrat. Lupus equum in arvum invitat et avēnam promittit. Lupo in animo est lacerare equum. Sed fortuna equo favet: dolus lupi patet.

Apud arbītrum

Arbīter noster Marcus Tullius est vir laboriosus et iustus. Hodie apud arbītrum multae causae privatae sunt: de debitis pecuniariis; de testamentis et de mandatis. Primus reus iam in iudicio est, ceteri rei etiam in iudicio sunt. In numero causarum prima est causa mea de mandato et debito pecuniario. Adversarius meus est Gaius Sempronius.

In schola Romāna

Puēri Romāni cum paedagōgis in scholam propērant. Paedagōgi viri docti, sed severi sunt. Puellae domi manent.

Discipŭli in scholam veniunt. Ibi magistrum salūtant: “Salve, magister!” Magister respondet: “Salvēte, studiōsi!”

Puēros magister legere, scribere, recitare docet. Magister multos libros habet, puēri tabŭlas et stilos. Puēri in tabŭlis sententias scribunt, deinde recitant. Magister bonus pulchre recitat, puēri libenter audiunt, magister malus male recitat: puēri dormiunt. Sed magister virgam habet et puēros verbērat. Orbilius, Horatii poētae magister, severus est. Horatius Orbilius per iocum “plagōsum” appellat, nam saepe puēris plagas dat. Discipŭli magistri verba memoriā tenent: “Discite, puēri! Non schōlae, sed vitae discimus!”

Temu: Imperfectum indicativi activi.

De Neptuno, Mercurio et Aesculapio

Popŭli antiquae multos deos colebant, Neptunus in Oceāno habitabat. Nautae Neptuno equos et tauros immolabant. Mercurius, deus mercaturae, erat nuntius deorum. Aesculapium medici colebant. Graeci Aesculapio gallos immolabant. Neptuni arae plerumque in ripis fluviorum erant, Mercurii in viis, Aesculapii in lucis. Ita fabŭlae poētarum antiquorum narrant.

De Sparta

Sparta olim erat oppidum Graeciae. Lacedaemonii sive Spartani erant incolae Sparta. Sparta muros non habebat, nam in viris erat praesidium oppidi. Arma Lacedaemoniorum scuta et hastae et gladii erant. In gymnasiis Sparta pueri ludebant et discebant: gymnasium erat schola disciplinae et patientiae. Corona lauri erat praemium pueris.

De amicitia lupi fabula

Asinus aegrotus erat. Filium parvum habebat. Filius in stabulo aegrotum curabat. Stabulum clausum est. Ad aegrotum asinum properebant lupi et stabulo appropinquabant. Tum unus e lupis ostium stabuli pulsat et clamat: "Aperi, mi aselle! Amici tui appropinquant". Filius lupis respondebat: "Amicorum verba blanda audio, sed lupos improbos video".

De puëris Romānis in Graecia

Viri Romāni filios Athēnas mittere solēbant. Puëri in Graecia philosophiae studēbant, verba clarorum oratorum audiēbant, praeclara aedificia spectābant. Corinthum libenter visitābant, nam Corinthi templa pulchra erant. Puëri Romāni multos amicos in Graecia habēbant. Marci amicus ex Athēnis in Romam veniēbat et cum Marco Romam visitat. Marcus amico Campum Martium monstrat et: "Estne, – inquit, – in Athēnis campus, ubi pila ludere et discum iacere potestis?" Et Graecus: "Athēnis gymnasium et palaestram habemus, ubi viri et puëri cotidie corpōra ludis gymnasticis exercent".

De Suëbis

Gajus Julius Caesar in libro suo "Commentarii de bello Gallico" vitam populorum antiquorum describit. In quarto ejus "Commentariorum" libro de Suebis legimus. Suebi, Germaniae incolae bellicosi, centum pagos habent. Quotannis alii in armis sunt, alii domi manent et se atque armatos alunt et agros colunt. Sed privati ac separati agri apud eos nulli sunt neque uno in loco remanent. Cibum durum edunt et cotidie se in bello exercent. Vita eorum libera est, nam a puëris nullum officium aut disciplina eis impedit. Viri ea de causa excelsam staturam habent. Eorum finitimi Ubii, qui in ripa fluvii Rheni habitant, vitam miseram agunt, nam Suebis magna tributa pendunt.

De armis et castris Romanōrum

Romāni arma et tela habēbant. Arma erant scuta et galeae. Tela erant pila, gladii, sagittae. Romāni scuta brachiis laevis gestābant et pilis longis pugnābant. Scuta errant oblonga et signis aēneis et aquīlis et corōnis ornāta. Sagittis socii Romanōrum armāti erant. Copiae Romanōrum noctu in castris erant. Ibi quoque erant impedimenta. Romāni castra plerumque in clivo collocābant et vallo fossaque circumdābant. In ripis Rheni Romāni multa castra ponēbant. Etiam nunc multa vestigia Romanōrum ibi sunt: aedificia, sepulcra, arma, instrumenta.

De servis

Multi Graeci, viri docti servi Romanōrum erant. Itāque in agris laborare non debebant. Alii servi Graeci morbos curabant, alii libēros Romanōrum educabant et puēros grammaticam, philosophiam, littēras docebant. Narrabant pueris de claris poētis Graecorum, de philosophis et de aliis viris doctis.

Temu: Futurum I indicativi activi.

De perfidia punita

Olim bellum erat inter Romam et Falerios, oppidum Romae proximum, et Romani ante Falerios castra habebant. Pueri Faliscorum autem etiam in bello extra oppidum exercebantur. Aliquando Faliscus quidam cum pueris nonnullis in castra Romana intrat et Romanis dicit: “Frustra oppidum nostrum oppugnabitis: armis id expugnare non poteritis, sed dolo incolas superabitis. Videtis pueros istos: eos vobis mando ac ita Romanis victoriam parabo!” Sed Romani ei respondent: “Contra viros arma habemus, numquam ea contra pueros capiemus. Semper armis pugnabamus et pugnabimus. Itāque Faliscos dolo insidiisque superare non possumus. Pueros domum remitemus, te autem merito puniemus”.

Taurus et musca

In cornu tauri parva sedēbat musca. “Si te nimis gravo, – inquit, – statim avolābo”. Tum taurus: “Ubi es? Nihil sentio”.

Тему: Прийменники. Префікси. Sum composita.

De triumpho Romāno

Magnus onor imperatōris Romāni erat triumphus. Magna multitūdo civium triumph interērat; etiam legiōnes victrīces adērant; eis legionībus imperātor praeērat. In pompa triumphāli etiam princīpes victōrum gentium ducebantur allique nobīles, omnes catēnis aureis onerāti. Ingens erat numērus plaustrōrum, quod ingens praeda alīter portāri non potērat. Eo tempōre Urbi nihil ornamenti deērat. Nihil autem tam praeclarum excogitāre possūmus, quam spectamen imperatōris triumphantis; veste purpurea et corōna laurea ornatus, in sella aurata sedens, triumphātor equis albis vehebatur. Postquam ad Capitolium pompa pervēnit, imperātor Iovi tauros albos immolābat, simul orābat Iovem etiam in futūrum Urbi adesse. Post sacrificium in Capitolio celebratum epūlae splendidae parabantur.

Тему: Praesens indicativi passivi. Infinitivus praesentis passivi.

Thesēus et Ariadna

In insūla Creta, ubi regnat Minos, Daedālus, artifex ingeniōsus, magnum labyrinthum aedificat, plenum viārum flexuosārum. Labyrinthus a saevō monstrō Minotaurō custodītur. Aegēus, rex Attīcae, tribūtum pendit in Cretam, scilicet septem puēros et puellas mittēre debet ad victīmas monstro. Misēri adulescentes a monstrō statim devorantur. Thesēus, Aegēi filius, propōnat bestiam saevam necāre et patriam ab horridā poenā liberāre. Itāque cum sociis suis ex Attīca navīgat et in Cretam advēnit. Ibi Ariadna, filia Minōis, adiuvāre Thesēum constituit atque filum longum et gladium mirum donat. Thesēus labyrinthum intrat, filum ad portam allīgat et ita certā viā in labyrinthum servātur. Gladio miro felicīter Minotaurus necātur, Thesēus fili auxilio ex labyrintho venit. Denīque cum Ariadna in Attīcam navīgat.

Тему: Imperfectum indicativi passivi.

De castris Romanorum

A Romanis castra ponebantur. Primum a tribunō locus capiebatur, ubi aqua et cibus inveniebatur. Deinde quadratum spatium signabatur et muniebatur. In mediis castris multa tabernacūla ponebantur. In castris custodiae per vallum disponebantur. Itāque copiae secure dormiebant in castris.

De theātro antiquo

Primum theātrum antiquum Athēnis saecūlo sexto ante aeram nostrum aedificātum erat. Id theātrum in fano Dionysii erat. In medio theātro erat orchestra, ubi tragoediae agebantur. Ante orchestram aedificium erat. Id aedificium scaena appellabātur. Incōlae Athenārum tragoedias in clivo vicīno spectābant. Ea loca, ubi incōlae sedēbant et tragoedias spectābant, theātrum appellabāntur. In orchestra tragoediae agebantur et chori cantābant, in scaena autem variae machīnae habebantur. Auxilio eārum machinārum imprīmis dei vel deae in tecto scaenae apparēbant. Inde proverbium: “Deus ex machīna”.

Тема: Futurtum I indicativi passivi.

De castris Romānis

A Romānis castra ponebantur. Primum a tribūno locus capitur ubi aqua et cibus facile inveniuntur. Deinde quadrātum spatium signabātur et muniebātur. In mediis castris multa tabernacūla ponebantur. Impedimenta et spolia in spatio, quod intervallum et tabernaculum est, cumulabuntur. In castris munītis custodiae per vallum disponentur. Itāque copiae secure dormiebant in castris. Si Poeni vallo appropinquābunt, statim a custodiis cernentur. Signum tubā extemplo dabitur. Tribūnus dicit: “Castra extemplo movebuntur et arma a vobis parabuntur. Si strenui eritis et fortīte pugnabitis, Poeni a vobis depellentur et vincuntur. Tum praemia vobis tribuentur”.

Тема: III відміна іменників, приголосна група.

De Romānis

Antiqui scriptōres amōrem patriae Romanōrum laudant. Romāni populis finitīmis saepe timōrem parābant. Romānis, victoribus multōrum populōrum, multae terrae Asiae et Afrīcae notae erant. Milītes Romāni pedites aut equītes erant. Arma equitum et pedītum diversa erant. Magna erat constantia milītum Romanōrum. Milītes Romāni custōdes et defensōres patriae suae erant. Clari duces belli erant Marius et Caesar, clarus orātor erat Cicēro, clari poētae erant Vergilius et Horatius.

De Cicerōne

Magnus erat numērus scriptōrum. Multi erant oratōres clari Graecōrum et Romanōrum. In numēro oratōrum erat et Cicēro. Cicēro quoque egregius scriptor

Latinus erat. Cicerōni libri scriptōrum Graecōrum et Romanōrum noti erant. Gloriam magnam Cicerōnis libri de philosophia et de eloquentia et de arte oratiōnis habent.

De militibus Romānis

Magnus erat numērus militum Romanōrum. Milītes Romāni aut pedītes erant aut equītes. Arma pedītum et equītum diversa erant. Peditibus erant gladii, pila, lorīca, galeae, scuta. Equitibus Romānis equi egregii erant. Magna erat constantia militum Romanōrum. Milītes Romāni custōdes et defensōres patriae erant victōresque multōrum populōrum.

Тему: III відміна іменників, голосна група.

De mari I

Magna est pulchritūdo maris, magna utilitas. Aqua maris salsa est. Multa flumīna in maria influunt. Rupes litōrum maris saepe altae sunt. In mari multae crescunt et mira animalia vivunt. Itaque poētae non recte mare infecundum appellant. Natura marium varia est: alia maria frigīda, alia calīda sunt. Inter Eurōpam et Afrīcam est mare Internum. Multa maria Graecis et Romānis ignōta erant. Deus flumīnum et marium erat Neptūnus.

De animalibus

Sunt multa genēra animalium. Animalia vivunt et in terra et in aqua et in aēre. Varias sunt formae et voces animalium. In regionibus Asiae et Afrīcae terra marique rara exemplaria animalium sunt. Facultātes animalium diversae sunt. Homīnes ratiōne et lingua animalia supērant.

Тему: III відміна іменників, мішана група.

De avibus

In silvis multa aves sunt. Aves alas habent. Plumae sunt quasi vestis avium. Vere voces multārum avium aures homīnum delectant. Aves nonnullae nuntii sunt veris. Autumno aves in alias regiōnes avōlant, nonnullae autem hieme in regionibus frigīdis manent. Ibi saepe famem extrēmam tolērant.

Ut leo rex bestiārum, ita aquīla regina avium est. Aquīlam reginam avium appellāmus, nam nulla avis aquīlam robōre supērat.

De classibus antiquarum gentium

Phoenicēs, Athēnlēnsēs, Carthāginiēnsēs magnās classēs habēbant. Classēs constābant ex nāvibus longīs et nāvibus onerāriīs. Mercātōrēs nāvibus onerāriīs in aliēnās regiōnēs nāvīgābant. Hieme antiquī nautae nōn nāvīgābant, quod saevī ventī flābant et nautae tempestātēs timēbant. Nāvibus longīs antiquī militēs pugnābant. Magna erat firmitūdō nāvium longārum. Saepe in nāvibus longīs turrēs erant, unde tēla in hostēs ā militibus jactābantur. Magnae classēs praesidium urbium maritimārum erant.

De Euclīde

Euclīdes Megarensis saepe Athēnas visitābat. In Athēnis sermōnes Socrātis audiēbat. Athenienses magnō odiō in Megarenses flagrābant, Cives Athenārum Megarensibus Athēnas visitāre vetābant. Incōlae Athenārum dicēbant: “Si vir Megarensis in urbem venērit, gravīter puniētur”. At Euclīdes poenam gravem non timēbat. Mathematicus longam vestem muliēbrem induēbat, caput velābat et Athēnas properābat, ubi cum Socrāte disputābat. Deinde, sub lucem, in longa veste muliebri et cum capite velāto Megāram revertebātur.

De Romulo et Remo, Romae conditoribus

Titus Livius, clarus scriptor Romanorum, in libris suis, qui “Ab Urbe condita” appellatur, fabulam de Romulo et Remo, Romae conditoribus, narrat. Numitor, rex Albae Longae, ab Amulio, fratre suo, regno privatur. Amulius quoque nepotes Numitoris Romulum et Remum in flumine demergere iubet, sed ministri regis ei non parent et pueros parvulos in fluminis ripa ponunt. Ibi lupa pueros invenit et nutrit. Postea Romulus et Remus a Faustulo, pastore regio, et ab eius uxore educabantur. Itaque pueri paulatim adolescebant. Paulo post Faustulus fratribus Romulo et Remo veritatem aperit, et fratres Amulium occidunt et regnum Numitori avo reddunt. Romulus autem postea rex civitatis fit et condit urbem novam haud procul a loco, ubi lupa eos nutriebat. Eam urbem a suo nomine Romam appellat.

De Scythia

Scythia includitur ab uno latere Ponto, ab altero montibus Ripheis, a tergo Asia ac Phasi flumine. Ea multum in longitudinem et latitudinem patet. Hominibus inter se sunt nulli fines, neque enim agrum exercent, nec domicilium aut tectum aut sedes habent; armenta et pecora per incultas solitudines semper pascunt. Uxores liberosque suos secum in plaustis vehunt, quae pro domibus habent. Iustitia gentis moribus regitur, non legibus. Nullum scelus apud eos sic grave est, quam furtum, quippe sine munimento

pecora et armenta habent. Aurum et argentum, quae reliqui mortales appetunt, neglegunt. Lacte et melle vivunt. Usus lanae iis ignotus est, nam pelles ferinas pro vestibus habent. Ea continentia morum quoque iustitiam gignit, quippe ibidem divitiarum cupido est, ubi est usus. (Apud Justīni Historiam).

Тему: III відміна прикметників.

De Achille

Celēber erat Achilles, filius Pelēl regis et Thetīdis deae. Achillesparticeps belli Troiāni erat. Celēbre erat scutum, celebria erant arma Achillis. Celēbris erat celeritas Achillis. Celeritate sua incredibili et magno corpōris robōre Achilles Troiānis terribilis erat. Mors Patrōcli, eius amīci, Achilli dolōres acres dabat. Itaque Achilles Hectōrem ad pugnam provocat et virum fortem necat.

De Hannibāle

Celēbris erat Carthāgo, celebria templa et aedificia urbis, celēbre erat nomen Hannibālis, egregii et fortis Carthaginensium ducis. Hannībal erat dux impavīdus atque crudēlis. Ut dux celer et fortis erat, ita milītes habēbat celēres et fortes et impavīdos. Victor magnārum copiārum equestrium et pedestrium erat. Nobīlis et memorabilis est Romanōrum clades Cannensis. Memoria cladis Cannensis Romānis semper acerba et tristis erat.

Ordīnes in Roma

Romae libēri cives et servi erant. Libēri cives in negotiis publicis totum fere tempus consumēbant et in Foro congregabantur, in servos autem omnes difficīles labōres imposīti erant. Tamen etiam cives non omnes inter se pares putabantur. Nam eis, qui claros majōres habēbant, via ad omnes honōres patēbat, nomen eis erat patricii. Relīqua autem pars, quae nomen plebis habēbat, minus in civitate valēbat, inter eos multi mercatōres et opifīces erant.

De Italia

Italia, magna paeninsūla, inter mare Tyrrhēnum et mare Adriaticum patet. Natūra Italiae pulchra est. Silvae et campi paeninsūlae variis generibus plantārum animaliumque abundābant. Circum Padum flumen campus magnus est. In campo acria proelia inter Romānos et Carthaginenses erant. Copiis equestribus Carthaginensium campus secundus erat, sed copiis pedestribus Romanōrum adversus erat. Ad litus

maris Tyrrhēni campi palustres sunt itāque aēr ibi salūber non est. Roma, Italiae caput celēbre, ad Tibērim sita est.

De patria nostra

Patria nostra Ucrāina (Roxolania) est terra Eurōpae. In patria nostra multae silvae sunt, quae bestiis abundant. Montes metalla continent: aurum, argentum, ferrum. Campi fertiles sunt. In patria nostra varia animalia habitant: tauri, vaccae cum vitūlis, oves cum agnis, caprae cum haedis, gallīnae. Alia animalia in terra, alia in aēre. Alia in aqua vivunt. In silvis betūlae, fagi, fraxīni et quercus sunt. In hortis nostris pruni, mali, cerāsi crescunt. Omnes incōlae patriae nostrae impigre labōrant. Homīnes terras perāgunt, altos montes supērant. Agricōlae laetas segētes parant. Incōlae terrae nostrae urbes magnae aedificant. Nomīna scriptōrum in patria nostra honorāta sunt. Poētae artes litterasque colunt et amoenitātem arvōrum cantant. Carmīna poetārum multis hominībus patriae nostrae magnam delectatiōnem parant, ideo in ore et pectōre homīnum sunt. Poētae clari non modo patriam suam honōrant, sed genēri humāno ornamenta sunt. Caput patriae nostrae Kiovia est. Kiovia est urbs magna et clara. Ibi multa et pulchra aedificia, templa, theatra et monumenta sunt.

Temu: Participium praesentis activi.

Dē lupō ēsuriente

Lupus ēsuriēns cibum quaerēbat. Tandem audīvit intrā casam rūsticam puerum plōrantem et mātrem clāmitantem: “Nisi dēsīnes, lupō tē dabō!” Itāque lupus, praedam exspectāns, totum diem ibi adstābat. Sed sub vespērum audīebat mātrem dīcentem: “Mī filī, bonō animō es. Lupus tē nōn habēbit: sī vēnerit, necābimus eum”. Tum lupus trīstis recēdens: “Hominēs, – inquit, – alia dīcunt, alia sentiunt”.

De viro avāro

Vir pauper ad fluvium sedens flēbat et lamentābat, nam secūris in aquam excidērat. Tum fluvii deus, qui fletum viri audivērat: “Cur ploras?” – interrogāvit. Tum vir: “Secūris mea excīdit in aquam, faber sum, et secūrim novam emēre non possum”. Tum paulo post deus venit, duas secūres gerens. Prima secūris aurea erat, secunda – argentea. Sed faber secūres, quas deus gessērat, non accēpit. Deus probitāte viri commōtus tres secūres viro probo donāvit. Faber laetus domum properāvit et vicīno omnia narrāvit. Tum vicīnus ad fluvium properāvit et secūrim sua sponte in aquam demīsit. Et ad fluvium sedens lamentāvit.

Tum deus emersit, auream secūrim gerens, et: “Estne tua?” – interrogāvit. “Mea est”, – clamāvit. Tum deus irātus: “Homo es avārus, neque auream neque tuam secūrim habēbis”.

De gladiatorum certamine

Terminis festis Romani variis ludis delectabantur, imprimis ludis vel certamine gladiatorum, ad quibus circi et amphitheatra aedificabantur. In meridionali parte Urbis inter duos colles situs erat Circus Maximus, aedificium oblongum, ubi interdum multa milia hominum ludos spectabant. In ludis gladiatorum servi, qui magna vi corporis erant, ad spectaculum exercebant. Gladiatores per multos annos in disciplina apud magistros erant, qui eos variis modis pugnare docebant. Cum ludi circenses erant, gladiatores in Circum Maximum adducebantur, ubi multi cives cum matronis et pueros spectaculo gaudebant, in quo gladiatores certabant. Alii eorum gladis, alii hastis pugnabant, alii pugnis certabant. Postquam quisque ex certantibus vulnerabatur, spectantes plaudebant et “habet” clamabant. Ei gladiatores a populo salutem patebant. Sed plerumque spectantes pollice verso mortem infelici indicebant, quem victor interficiebat.

Temu: Perfectum indicativi activi.

De Daedālo

Daedālus, artifex clarus, casu homīnem necāvit. Itāque cum Icāro filio ex urbe Athēnis fugit et in insulam Cretam ad regem Minōem migrāvit. Ibi iussu regis labyrinthum aedificāvit. Postea Daedālus consilium cepit in patriam remigrāre. Minos autem Daedālum et Icārum retinuit atque etiam in labyrinth inclūsit. Tum Daedālus dolum excogitāvit nam ex pennis quattuor alas fecit et cum filio avolāvit. Sed incautus Icārus in mare decidit. Daedālus in Siciliam pervēnit.

Leo et mus

Leo magnus dormiebat in silva; prope ludebant mures et incaute unus nasum leonis tetigit. Leo iratus murem corripuit. Tum mus oravit eum: “Da mihi veniam, gratus tibi ero”. Leo respondit: “Misera bestiola, quid tu mihi proderis? Sed ignoscam tibi et dimittam, nam leones sunt generosi. Effuge!” Mus effugit. Paulo post leo in laqueos inciderat. Fremebat maxime. Cito mus, qui fremitum audiverat, accurrit. Acutis suis dentibus nodos rodit et laqueos solvit. Sic parvus mus liberavit magnum leonem.

Rusticus et canis fidēlis

Rusticus quidam in agrō erat. Fīlium autem, quī in cūnīs cubābat, relīquit canī. Arrēpsit immānis anguis, quī puerum mordēre in animō habēbat. Sed custōs fidēlis, eum necāre studēns, cūnās ēvertit.

Paulō post ex agrō vēnit agricola. Cūnās ēversās vidēns, irā accenditur. Temere custōdem fidēlem necāvit ligōne. Sed ubi cūnās restituit, suprā anguem mortuum repperit puerum vīvum et incolumem.

Poenitentia facinoris tum sēra fuit.

De gallīna et vulpe

Ad gallīnam aegrōtam vulpes accessit et interrogāvit: “Ecquid vales?” Gallīna vulpi: “Satis, – inquit, – valeo, sed si tu discessēris, multo melius habēbo”.

Apte dictum

– Diogēnes aliquando puērum vidit, aquam manībus haurientem. Tum pocūlum ligneum, quod secum habēbat, abjēcit et: “Quam sumptuōsus, – inquit, – fui”.

De genēro Cicerōnis

Cicēro, cum Dolabellam, genērum suum, parvae statūrae homīnem, longo gladio cinctum spectābat, “Quis, – inquit, – genērum meum ad gladium alligāvit?”

Spartācus

Saecūlo primo ante aeram nostrum in ludo gladiatorio Capuae magister gladiatorum erat Spartācus, qui magnum bellum gladiatorum contra domīnos suos parāvit. Gladiatōres evasērunt et castra sua in Vesuvio munivērunt. Multi servi ad Spartācum fugērunt. Spartācus magnas copias servōrum exercuit. Copiae Spartāci Romānos perterruērunt. Marcus Licinius Crassus, consul Romānus, legiōnes contra Spartācum duxit. Magna pugna inter legiōnes Romānas et copias Spartāci in Apulia fuit. Ibi Marcus Licinius Crassus servos et gladiatōres vicit. In pugna etiam Spartācus, dux gladiatorum, cecidit. Victōres servos multos cepērunt et punivērunt.

Temu: Plusquamperfectum indicativi activi.

De Promētheo

Prometheus auxilio Minervae homīnes ex terra et aqua fecerat et de genere humāno bene meruit. Di saepe Prometheus ad epūlas suas invitābant. Itaque consilium Iovis, qui omnes homīnes necāre constituērat, Prometheo notum erat. Prometheus aliquando in caelum venit et ignem de Olympo subduxit et hominībus donāvit. Quamquam ira Iovis magna erat, genus humānum non delēvit. Prometheus autem Vulcānus iussu Iovis in monte Caucāso ferries catēnis ad saxum alligāvit cotidiēque aquila iecur Promethei devorābat. Iecōris pars, quam aquila interdiu devoravērat, noctu crescēbat. Ita Prometheus ingentes dolōres tolerābat. Postea Hercūles aquilam sagittā necāvit Prometheusque liberāvit.

De talo Achillis

Achilles, fortissīmus omnium Graecōrum, qui contra Troiānos bellavērunt, filius Pelei et deae Thetīdis fuit. Mater Theis infantem suum in fluvium Stygem, qui apud infēros fluit, immersit. Aqua fluvii corpus eīus invulnerabile effēcit. Attāmen talus pedis dextri vulnerabilis mansit. Nam Thetis, cum filium in fluvio immergēbat, manu sua corpus eīus talo dextri pedis tenēbat. Itaque talus dextri pedis aqua fluvii intactus ideoque vulnerabilis permansit.

Troiāni autem, qui de vulnerabili talo Achillis nihil audivērant, frustra Thetīdis filium telis petēbant; eum nullo modo vulnerāre potērant. Postrēmo Apollo sagittam Parīdis in talum dextri pedis Achillis direxit atque herōem occīdit.

De asinō et equō

Asinus sarcinīs onustus equum rogāvit: “Portā partem oneris”. Equus autem asinī precēs repudiāvit. Paulō post asinus, nimiō onere et labōre fatīgātus, in viā corruit et animam efflāvit. Tum agitātor omnibus sarcinīs, quās asinus portāvērat, atque insuper pelle asinī equum onerāvit.

De Lacedaemoniis I

– Leonīdas, rex Lacedaemoniōrum, regi Persārum, qui scripsērat: “Mitte arma!” rescripsit: “Veni et sume!”

– Unus ex Lacedaemoniis interrogātus, cur urbem non munīrent: “Sparta, – inquit, – non moenībus, sed nostris corporībus munīta est”.

Тему: Futurum II indicativi activi.

De Lacedaemoniis II

– Philippus, Macedōnum rex, Lacedaemoniis scripsit: “Si in Laconīcam venēro, finībus vos exturbābo”. Lacedaemonii rescripsērunt: “Si”.

– Homo quidam servum genēre Lacedaemonium interrogāvit: “Probusne eris, si te emēro?” At ille: “Etiam, si non emēris”.

Тему: IV відміна іменників.

Cornu Amalthēae

Amalthēa erat nymp̄ha celēbris, quae in montībus insūlae Cretae habitābat. Nymp̄ha formam capellae habēbat. Amalthēa lacte suo infantem Iovem, quem pater Saturnus necāre constituēbat, alēbat. Cornu Amalthēae mirabile erat. Quis homo cornu habēbat, omnībus abundābat, unde dictum: cornu Amalthēae, id est, cornu abundantiae sive cornu copiae. Postquam Iupp̄ter regnum deōrum hominumque in potestātem suam recipiēbat, nymp̄ham Amalthēam in stellam, nomine Capellam, mutābat.

De magistratībus Romanōrum

Principātus magistratuum Romae in manībus consūlum erat. Consūles erant magistrātus annui; consulībus erant imperium et potestas; praeterea consul erat iudex et pontīfex maxīmus. Consul ius vitae necisque habēbat. Item ordinarii magistrātus varii erant: praetōres, quaestōres, censōres, aedīles. Praetor erat collēga consūlis et ius inter cives dicēbat. Quaestōres aerarium curābant. Censor censum agēbat. Postea autem officium censōris erat etiam peccāta civium contra bonos mores notāre atque senātum legēre. Aediles curam aedium, postea curam ludōrum, denīque curam annōnae habēbant. Extraordinarii magistrātus Romae erant: dictātor, magister equītum, decemvīri, tribūni milītum (aut plebis) consulāri potestāte. Dictator a senatucreabatur. Magister equītum erat collega ducis. Decemvīri collegium ex decem viris appellabantur. Tribuni plebis personae sacrosanctae, primum duo, postēro tempōre decem erant. Summum consilium Romae erat senātus.

De domo Romāna

Domus Romāna alīter aedificabātur atque nostra. Utique ei non erant fenestrae, nisi perpaucae et exiguae. In media parte domus erat atrium, quod foramīne tecti illustrabātur. In

solo atria cisterna erat, quae aquam imbrium, per forāmen de tecto manantem colligēbat. In atrio olim focus erat, quo familia conveniēbat et ubi parva simulacra penatium erant. Praeterea pater familias in atro mane amicos et clientes salutābat. Atrium circumdabātur cubicūlis aliisque cellis parvis et angustis. Alia pars praecipua domus tablinum erat, ubi familia cenābat et unde aditus in hortum patēbat. Domus nobilium Romanōrum erant amplae et magnificae. De domo Caesāris unus ex poētis Romanōrum scribebat: “Una domus urbs est”.

De animālium sēnsū mīrābilī

Mīrus est animālium quōrundam sēnsus. Appropinquante autumnō multae avēs nātūrā ipsā viās monstrante in regiōnēs calidiōrēs migrant, appropinquante vēre ad nōs redeunt. Formīcae quoque sēnsu temporis futūrī habent. Nam imminente hieme labōriōsae sunt victumque comparant. Mūrēs quoque futūra sentiunt, nam domūs ruīnā instante relictīs domiciliīs nova domicilia quaerunt. Nōnnūllae avēs hieme ācriōre imminente mātūrius regiōnēs, calidiōres, et vēre praemātūrō instante ante tempus trīgidiōrēs petunt.

Темі: V відміна іменників.

De pugna Marathonia

In magno pericūlo olim res publica Atheniensium erat. Nam Persae cum magno exercītu in Attīcam invadēbant. Exercitus Atheniensium parvus erat, duces autem rei militāris perīti erant. Inter duces Miltiādes prudentiā insignis erat. Concordia Graecōrum in rebus adversis admirābilis erat. Apud Marathōnem planities erat ibique Athenienses contra copias Persārum pugnābant. Initio diēi in media acie Persae, in cornibus autem aciēi Graeci victores erant. Meridie victoria Graecōrum certa erat.

De diēbus

Annus est longa series diērum. Causa diēi et noctis motus terrae est. In regionibus nostris aestāte sunt dies longi, noctes breves; hiēme dies breves, noctes longae. Meridie tempus in terrae partibus diversum est.

Nomīna diērum apud Romānos erant: dies Solis, dies Lunae, dies Martis, dies Mercurii, dies Iovis, dies Venēris, dies Saturni. Primum diem mensis Romāni Kalendas appellābant. In serie diērum dies festi sunt. Popūli antīqui Diem natālem Solis invicti celebrābant. Diēbus festis homīnes pompis intersunt. Aspectus pompae mirābilis est.

Res mancīpi et nec mancīpi

Omnes res aut mancīpi sun aut nemancīpi. Mancīpi res sunt omnia praedia in Italīco solo, tam rustīca – quails est fundus, quam urbana – quails est domus, item iura praediōrum rusticōrum (servitūtes), velut via, iter, actus, aquaeductus, item servi et quadrupēdes, velut boves, muli, equi, asīni. Cetērae res nec mancīpi sunt (Ulpiānus).

Magna autem differentia est rerum mancīpi et nec mancīpi. Nam res nec mancīpi ipsā traditiōne plenō iurē alterīus fiunt, si corporāles sunt et ob id recipient traditiōnem. Itāque si libi vestem vel aurum vel argentums trado sive ex venditiōnis causā sive ex donatōnis sive aliā ex causā, statim tua fit ea res (Caius).

Temu: Participium perfecti passivi. Perfectum indicativi passivi.

De erroribus Ulixis

Graeci, postquam urbem Troiam ceperunt, naves solverunt. Sed multi eorum tempestatibus disiecti sunt. Imprimis Ulixes, rex Ithacorum, longis erroribus per maria actus est. Socii eius boves sacras Solis dei interfecerunt atque ad cenam paraverunt; qua de causa in alto mari omnes naves Ulixis Iovis fulmine fractae et socii eius necati sunt. Ipse, tempestate coactus, ad insulam Ogygiam pervenit, ubi nympa Calypso habitabit, et ibi septem annos vixit, ab illa nympa verbis blandis deceptus. Denique Calypso, a deis admonita, Ulixem in patriam remisit. Sed Neptunus mox navem eius fregit, Ulixes fame et frigore confectus ad Phaeacum insulam actus est, qui eum bene acceperunt. Paulo post ab illis in patriam missus est.

De amicitia

Libēri matrem rogant: “Mater, multae et pulchrae fabūlae tibi notae sunt. Narra nobis fabūlam!”. Tum mater: “Si vobis, – inquit, – fabūlae meae placent, de duōbus amīcis hodie vobis narrābo. Tacēte!”

Duo amīci per silvam ingentem ambulābant. Subīto procul ursum magnum vidēbant. Sextus gradu celēri fugit et arbōrem ascendit. Publius solus manet et mortem ante oculos habet; sed magistri verba memoriā tenet: “Ursus mortuōrum corpōra non attingit”. Itāque in terra ut mortuus se prosternit spiritumque contīnet. Ursus adveniēbat, corpus Publii spectābat, sed homīnem mortuum putābat et intactum relinquēbat. Ita casu felīci puēri pericūlo liberabantur. Tum Sextus per iocum amīcum interrogābat: “Quid tibi ursus in aurem dicēbat?” Et Publius: “Proverbium pulchrum: amīcus certus in re incerta cernitur”.

Libēri matri gratias agēbant et mater: “Et vos, libēri, – inquit, proverbium aliud memoriā tenēte: res seccundae amīcos parant, sed res adversae amīcos probant”.

De servis Romanōrum

Misēra et labōrum plena erat servōrum vita in civitatē Romāna, nam neque ius ullum servis erat, neque leges domīnos ab iniuria et maleficio prohibēbant. Itaque domīni in servos instrumenta vocalia nominabant, in servos vitae necisque potestātem habuērunt ēt omnia exempla doloris edidērunt. Crudelitate dominōrum adducti haud raro servi se libertatemque suam vindicāre temptavērunt et seditiones concitavērunt. Tum fortīter pugnantes exercitus Romanos saepe pepulērunt et res suas suo arbitrio ordinavērunt, sed postrēmo victi sunt. Noti sunt clari duces servōrum: Eunus et Athenio in Sicilia et praecipue Spartācus in Italia. Nota sunt proverbialia: “Inter domīnum et servum nulla amicitia est” et “Quot servi, totīdem hostes”.

Interpretatio stricta

In testamento, a Lucio Titio facto, ita scriptum erat: “Maevius, filius meus primogenitus, heres esto. Lanam, quae die mortis meae in aedibus meis inventa erit, heres meus Seiae, sorōri suae, dare damnas (=obligātus) esto”.

Quaestio ita proposita est: an vestis, ex lana facta, legāto continētur Item Sempronio legata est materia, ex materiā autem navis aedificāta erat ante mortem testatōris. An navem Sempronio dare obligātus est?

Quoniam ex contextu haud ambigua testatōris voluntas non appāret, locus est strictae interpretatiōni ex exacta verbōrum significatio spectātur. Quid ergo est?

Testamento videntur comprehensae lana et materia, non autem res artificio et opēre confectae; navis igitur et vestis in bonis herēdis permanēbunt. (*Dig.*)

Temu: Plusquamperfectum indicativi passivi.

Galli Romam expugnant

Quarto saecūlo ante aeram nostrum Roma in magno pericūlo erat. Galli enim cum copiis Romanōrum ad fluvium Alliam contendērant et Romānos fugērant. Multi Romāni cecidērant. Tum Romāni Capitolium defendēre constituērunt. Galli in portas irrupērant. Tecta incendērant. Marcus Manlius fortīter defendit neque se dedit. Sed Galli magnā inopiā frumenti Romānos premēbat. Manlius cum Gallis de indutiis egit. Regūlus Gallōrum magnum auri praetium poposcērat. “Si aurum”, inquit, pependeritis, decēdam. Si pretium non solveritis, neque

femīnis, neque puēris parcam”.Romāni aurum suum tradidērunt, tamen Galli contenti non erant.

De causa belli Troiāni

Erant nuptiae Pelei, regis Thessaliae, et Thetīdis deae. Omnes dei invitāti erant, praeter Discordiam. Dea Discordiae ira commōta est et malum aureum inter epulantes iactāvit, in quo inscriptum erat “Pulcherrīmae”. Diu Iuno, Minerva, Venus de malo certābant. Denīque iussu Iovis a Mercurio ad Parīdem, regis Priāmi filium, ductae erant. Iuno Parīdi potentiam, Minerva sapientiam, Venus Helēnam, pulcherrīmam omnium muliērum promīsit. Paris Venēri malum tradīdit. Paulo post a Priāmo patre in Graeciam missus est. Ibi Helēnam, Menelāi regis uxōrem, rapuit. Hinc bellum Troiānum incipitur. Multos annos ad Troiam pugnātum est. Denīque Troia a Graecis dolo capta et delēta est.

De Alexandro Macedonio

Fortūna Philippo, Macedōnum regi, uno die tres iucundas res donābat. Regis aurīga in Olympiis vincēbat; unus e Macedōnum ducibus acri impētū hostium exercitum superābat; valīdus filius, Alexander, regi natus erat. Tum sacerdōtes Philippo dicēbant: “Omīna Alexandro secunda sunt. Infans tuus, inter victorias natus, magna faciet: omnes hostes vincet, regnum tuum augēbit. Alexandri fama per orbem terrārum volābit”. Philippus sacerdōtum omīna magno gaudio accipiēbat. Alexandri autem vires in dies crescēbant, quod puer corpus suum saepe exercēbat. Ita valīdus et fortis adulescens erat.

De Stratonīcō et citharīsta

Stratonīcus Athēniēnsis, postquam aliquandō citharīstam audīvit: “Alterum, – inquit, – Juppiter eī dedit, alterum negāvit”. Aliquis ex eō quaesīvit: “Quidnam Juppiter eī dedit, quid negāvit?” Ille respondit: “Male sonāre eī datum est, bene cantāre negātum”.

Temu: Futurum II indicativi passivi.

Praemia Romanōrum

Imperātor ad milītes (qui iam pridem convocāti erant): “Milītes fortissīmi estis, certum est, et fortīter hodie pugnabītis! Si hostes a vobis victi erunt, praemia vobis dabuntur! Si classis hostium superāta erit, miles, qui primus navem hostium ascendērit, corōna navāli vel rostrāta ornabitur. Si captīvi a vobis Romam adducti erunt,

praemia multa vobis dabuntur! Hostem depellere, patriam servare debetis! Miles, qui alium periculo liberaverit et vitam servaverit, corona civica ornabitur”.

Тема: Ступені порівняння прикметників.

De regno Persarum

Antiquissimis temporibus Persae fortiores et belliciores erant ceteris omnibus Asiae populis. Cyrus, vir fortissimus et prudentissimus, Persas imperio Medorum, gentis multo infirmioris et ignavioris, liberaverat et conditor ingentis regni Persarum fuit. Brevissimo temporis spatio regnum Persarum amplissimum fuit, et reges Persarum divitissimi et potentissimi fuerunt omnium regum Asiae. Persae non modo cum populis Asiae bellaverunt, sed etiam cum gentibus aliarum terrarum. Paulatim autem divitiae et luxuria Persas imbelliores et molliores fecerunt.

Alexandri ad Aristotelem epistula

Alexander Aristoteli salutem dicit.

Vicimus hostes et superavimus arenas! Sed ex ordine omnia describam. Postquam exercitum in Asiam transportavi, Persas ad Granicum flumen proelio atroci vici totamque Asiam servitute barbarorum liberavi. Plurimae urbes ipsae mihi se tradiderunt; paucae portas clauserant, eas vi et armis cepi. Regem ipsum Darum ad Issum pugna atrocissima vici magnamque praedam feci. Una Tyrus, quae in insula posita est, portas clauserat. Eam urbem terram marique oppugnavi et septimo mense cepi. Paulo post exercitum in Aegyptum duxi. Eam Persarum provinciam facile expugnavi et incolis libertatem reddidi. In ora Aegypti urbem condere constitui, quae Alexandria vocabitur. Ex Aegypto iter difficillimum per arenas ad Hammonis oraculum feci. In eo itinere gravissimos labores toleravimus; laudabilis autem erat militum ducumque patientia et constantia. Misi tibi, memor tui, lapides raros, plantarum et animalium genera varia.

Vive valeque magister carissime.

De Roma antiqua

Roma veterrima urbs Italiae putatur; coloniae autem Graecorum, in ora Italia sitae, vetustiores sunt. Initio Roma admodum parva erat, vias habebat angustissimas, domus humillimas; aedificia autem publica ampliora et ornatiora erant. In Capitolio, arce Romana, Jovi optimo et maximo templum celeberrimum aedificatum erat. Principum temporibus urbs dissimillima fuit vetustiori; vias latissimas, domus ornatissimas, fora amplissima habebat. Iuxta tamen luxuriosas domus divitum miserimae tabernae pauperum habebantur.

De varietāte morum

Magna est variētas morum populōrum. Ut regiōnes dissimillīmae sunt, ita mores incolārum dissimillīmi sunt. Aliis temporībus popūlis alii mores sunt. Dissimillīmi erant mores Germanōrum antiquōrum et Romanōrum. Romāni pulcherrīma aedificia et celeberrīmas urbes habēbant; domus Germanōrum humillīmae et angustissīmae erant. Nonnullae gentes Germanōrum temporībus Caesāris certas sedes non habēbant. Romāni habēbant templa pulcherrīma et simulācra deōrum pretiōsa, Germāni simulācra et imagīnes deōrum non habēbant.

Gentes Italiae

Italiam superiōrem incolēbant Galli. Partem Italiae, quae cis Alpes sita est, Romāni Galliam Citeriōrem vel Cisalpīnam appellābant. Maior erat Gallia, quae Ulterior vel Transalpīna appellabātur, quod trans Alpes sita est.

Romanōrum finitīmi erant Etrusci, qui priorībus temporībus ex Asia in Italiam venerunt. Interiōres partes Italiae incolēbant Sabīni, Aequi aliaeque natiōnes, quibuscum Romāni diuturna bella gessērunt. Difficillīmum fuit cum Samnitībus, qui Romānis simillīmi erant virtūte, foedus facere. Pleraeque gentes Italiae mediae et interiōris Romānis parēbant. Italiam interiōrem Romāni Magnam Graeciam appellābant, quod Graeci ibi plurīmas colonias constituērant, e quibus urbi Romae proxīmae erant Cumae et Neapōlis.

Catulli ad Cicerōnem

DíSSERTÍSSÍME RÓMŪLÍ nepōtum,
 Quót sunt, quótque fuēre, Márce Túlli,
 Quótque post aliís erúnt in ánnis
 Grátíás tibi máxímás Catūllus
 Ágit péssímus ómniúm poēta,
 Tánto péssímus ómniúm poēta,
 Quánto t(u) óptímus ómniúm patrōnus.

De Italia

Fertissīma et felicissīma regio Italiae est Campania. Sed omnium urbium Italiae clarissīma et florentissīma erat Roma. Graeci fama litterārum et atrium praestantiōres erant; Romani perīti rei militāris et fortitudīne erant. Romāni fortiōres erant, quam Graeci. Popūli Romāni exercītus fortissīmi et audacissīmi erant, duces belli peritissīmi. Popūlus Romānus potentissīmus domīnus erat multārum regiōnum multorumque

fortium et bellicosorum et audacium populorum Europae. Clariora sunt nomina poetarum Graecorum, quam Romanorum. Clarissimus poetarum Latinorum erat Horatius.

De Spartānis II

Athenienses artibus et litteris illustriores erant, Spartani autem omnium Graecorum fortissimi. Asperrimis enim moribus pueri educabantur et ad belli labores maxime idonei erant. Etiam hieme acerrima, levissima veste induebantur. Attamen frigora atrocissima tolerabant quotidie in frigida Eurotae aqua natantes et, pedibus nudis, celerrimo gradu, montes maxime arduos ascendentes. Sitim quoque et famem patiebantur. Itaque in bello plerumque superiores, raro inferiores erant.

De Germanorum antiquorum moribus

Germāni agricultūrae non student; magna pars victus eorum in lacte, caseo, carne consistit. Cibi genere et exercitacione et libertate vitae vires aluntur et corpora immensa magnitudine gignuntur. Atque consueverunt locis frigidissimis pellibus parvis modo corpora tegere et lavari in fluminibus. Cum civitas bellum gerēbat, magistratus creabantur. Ei bello praesunt et potestatem vitae necisque habent. In pace principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque decernunt.

Germāni non agri modum certum habent aut fines proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos hominibus agros attribuunt atque anno post alio transire cogunt. Germāni neque oppida incolunt, neque sedes inter se iunctas habent, ut e Taciti libro cognoscimus.

Temu: Adverbia.

De Spartānis I

Lycurgus rem publicam Spartānam praeclare instituit. Secundum leges eius pueri, adulescentes, iuvenes corpora strenue exercēbant. Liberi discēbant parentes et senes honorare, legibus semper parere, modeste, sed libere respondere. Ii, qui imperio non paruerant, severe puniebantur. Mos erat Spartānis breviter respondere, fortiter pugnare, patienter et constanter labores tolerare, honeste vivere.

De Aegyptō

Aegyptus olim regnum Africae erat. Incolae Aegypti antiquitus praecipue agriculturam exercēbant et mercaturam cum populis Europae, praesertim cum Graecis. Nilus fluvius antea

erat et nunc est beneficium natūrae, quia in Aegypto raro pluit; Nilus autem extra ripas diffluit terramque irrīgat. Itāque agricōlae Aegypti habitābant non procul a ripis Nili. Silvae in Aegypto non erant. E plantis erant in hortis fici, citri, palmae, in limosia – papyri et loti. Metallis Aegyptus non abundābat; erat quidem et aurum et argentum in Aegypto, sed parum.

Temu: Pronomina demonstrativa. Pronomen relativum. Pronomina interrogativa. Pronomina indefinita. Pronomina negativa. Pronomina correlativa.

De Solōne et Croeso

Croesus in Asiae urbe habitabat, cui nomen erat Sardes. Hic rex, cuius divitiae ingentes erant, magnam potentiam habuisse videbatur. Aliquando Solo Atheniensis, unus e septem sapientibus, ad Croesum venisse dicitur. Postquam iussu regis omnes divitiae regales ei monstratae sunt, Croesus eum interrogavit: “Quem omnium hominum felicissimum esse putas?” Ille: “Tellus Atheniensis, – inquit, – mea sententia felicissimus fuit, nam ei boni et probi liberi erant, et, pro patria pugnans, de vita decessit”. His verbis auditis, Croesus: “Cur non me, – inquit, – tam divitem hominem, sed Tellum quendam felicissimum esse credis?” Ei Solo: “Fortuna humana, – inquit, – saepe mutatur. Quid incertius opibus et divitiis est? Nemo ante mortem a me felix nominabitur”. Haec verba Solonis Croeso, qui magna erat superbia, non placuerunt. Sed paulo post a Cyro, rege Persarum, in pugna victus, ipse de felicitate sua dubitare coactus est.

De nautā et agricola

Mōrēs et studia nautae et agricolae diversa sunt. Hic stabilem habet sēdem, ille locum mūtāt. Ab hōc mōrēs antīquī servantur, ille mōrēs aliēnōs amat. Huic sērmō tantum patrius, illī aliae quoque linguae nōtae sunt. Hujus vita tranquilla est, illīus perīculōrum plēna. Hunc agrī et prāta, illum fluvīi et maria dēlectant. Sermōnēs quoque nautārum et agricolārum diversī sunt:

Nāvita dē ventīs, dē taurīs narrat arātor,
ēnumerat mīlēs vulnera, pastor ovēs.

De Niōba

Niōba, Tantāli filia, uxor erat Amphiōnis, regis Thebanōrum. Propter potential et divitias marīti et propter suam pulchritudinē Niōba superbissīma fuit, maxīme autem ea de causa, quod multos libēros habuit. Mulieres et virgīnes aliquando Latōnae, matri Apollīnis et Diānae, sacrificābant. Niōba eas vituperāvit et “Cur”, – inquit, – “ei, non mihi sacrificātis?

Pulchritudīne, potentia, divitiis, etiam genēre omnes homīnes sup̄ero. Tantālus est mihi pater, Jovem avum appello. Spectāte libēros. Latōnam orbam appellabītis, si mecum eam comparaverītis. Ego quattuordēcim libēros habeo, illa duos”.

Eā re Niōba Latōnae iram excitāvit. Dea statim libēris suis omnia narrāvit, et Apollo: “Audacia verba”, – inquit, – “istūs Niōbae poenam digna sunt”. Idem dixit Diāna. Libēri, precibus matris commōti, in arcem Thebanōrum venērunt, et Apollo filios, illa filias Niōbae sagittis necavērunt. Ita Niōbae superbia ipsi causa dolōris fuit, marīto autem, qui de caede liberōrum certior factus se ipse necāvit, et libēris eōrum causa perniciēi. Masericordiā deōrum Niōba in saxum mutāta est, lacrimaeque eīus etiam nunc manant.

De nummis Romanōrum

In multis Romanōrum nummis unā e parte Minervae caput, ex altēra – navis imāgo erat. Itāque puēri Romāni ludum, qui “caput aut navis” nominabātur, agēbant. Pro exemplo Marcus, nummum in terram iaciēbat et clamābat: “Navis!”, sed nummus altēra parte cadēbat.

Tum Lucius nummum iaciēbat iterumque “Navis!” clamābat; nunc autem nummus eā partē cadēbat, ubi imāgo navis erat. Ob eam rem Lucius victoriam reportābat.

Erant etiam alii nummi. In una parte eōrum littērae erant, quae verbum “ROMA” formābant, ex adverse parte – Victoriae deae imāgo, quae duos aut tres equos agēbat.

Nummi Romanōrum erant aēnei, argentei et aurei. Usitāti nummi apud Romānos erant: as, sestertius et denarius. As erat nummus aēneus, monēta minīma. Nummus assē maior erat sestertius, id est libra. Quinque asses pares erant duōbus sestertiis; decem asses – denario. Denarius erat nummus argenteus.

De arte libraria Romae

Apud vetēres Romānos opēra scriptōrum a servis transcribebantur. Unus ex illis dictābat, reliqui calāmis, atramento tinctis, scribēbant. Ita uno tempōre multa exemplaria librōrum parabantur. Alii libri erant in charta scripti, ex papyro parāta, alii in membrāna, ex corio facta.

Singūlae pagīnae, inter se conglutinātae, in umbilīcum volvebantur, unde libri appellabantur “volumīna”; ea in scriniis servabantur. In foro Romāno erant multae tabernae bibliopolārum, ex quibus libri in ultimas terras imperii Romāni dimittebantur. Romae homīnes divītes saepe cum summo studio magnas bibliothēcas sibi comparābant. In usu quotidiāno erant tabūlae cerātae, in quibus littērae stilo exarabantur.

Qui scriptum emendāre statuērat, in lata stili parte ea, quae scripsērat, delēbat. Unde illud proverbium: “Saepe stilum verte!”

Aetas aurea redditur (Vergilius)

Nunc actas magna atque nova incipit. Puer nascitur ac gens aurea venit. Mundus metū gravī liberabitur. Puer ille deōrum vitam accipiet deosque vidēbat et ipse videbitur ab illis. Mundum virtutibus antiquis reget. Simul atque laudes et facta parentis legere et virtutem scire poterit, agri beāti fructus dulces hominibus omnibus parābunt. Remanēbunt tamen pauca scelera. Homīnes mare navibus temptābunt et urbes muris cingent. Erunt etiam altera bella, atque iterum Troiam Achilles magnus mittetur.

Ubi autem aetas fortis hunc puerum virum faciet, maria relinquentur a vectoribus, nec nautae pecuniae causā merces mutābunt. Agricola robustus tauros iugo liberabit; non rastris humus tangetur; omnis terra omnia feret.

Memorabile dictum

Nemo nostrum idem est in senectūte, qui fuit iuvenis, nemo est mane, qui fuit pridie; quidquid vides, currit cum tempore, nihil ex his, quae videmus, manet; hoc est, quod ait Heraclitus: in idem flumen bis non descendimus; manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est (Seneca).

Apte dictum

– Socrates se sapientiam praestare ceteris dicebat. “Illi enim, – inquit, – ea, quae nesciunt, scire se putant, ego me nihil scire scio. Ob eam rem puto me ab Apolline omnium hominum sapientissimum esse appellatum, nam haec est sola hominis sapientia: non arbitrari se scire, quod nescit”.

– Legatis Samiorum, longa oratione auxilium rogantibus Lacedaemonii responderunt: “Initium orationis estrae sumus obliti, finem non intelleximus, quia initium de memoria nostra excessera!”.

De pugna Horatiorum et Curiatorum

Tertius regum Romanorum fuit Tullius Hostilius, qui vixit septimo ante aeram nostrum saeculo. Ei cum Albanis confligendum erat.

Albani et Romani magnum exercitum celeriter conscriptum et omnibus rebus instructum contraxerant. Sed duces periculum commune intellexerunt. Forte in duobus tum exercitibus erant trigemini fraters, Horatii et Curiatii. Quibuscum egerunt duces, uti pro sua patria ferro dimicerent. Trigemini ad proeliandum parati in medium producti sunt. Cum paulo post duo Horatii hostium gladiis transfixi iacerent et conclamasset iam gaudio Albanus exercitus, tertius, ut adversarios divideret, fugae se mandavit; forte enim is integer erat, ut

Curiatii vulneribus fessi. Subito autem retro sese vertit et hostes variis intervallis appropinquantes deinceps transfixit. Victori gratulantes Romani laeti confluerunt.

Cum victor spolia dispersa collegisset, exercitus in urbem introductus est. Ante portam soror victoris, quae uni ex Curiatis sponsa fuerat, agmini obvia fuit. Quae lacrimans nomen sponsi mortui appellavit. Sollicitavit feroci iuveni animum comploratio sororis in tanto gaudio publico, et gladio, quo erat cinctus, transfixit puellam. Quam ob rem ad iudicium vocatus, neque vero damnatus est, quod patria virtute eius protecta et servata erat.

Tema: Verba deponentia. Verba semideponentia.

Hic Rhodus, hic salta!

Reversus quidam in patriam, unde aliquot annos afuerat, ubique gloriabatur se in insula Rhodo in saltibus optimos in hac exertatione artifices vicisse. Ostendebat etiam spatii longitudinem, quam praeter se nemo potuerat saltu superare; eius rei se testes habere omnes Rhodios dicebat. Tum unus e circumstantibus: “Si vera narras, – inquit, – non necessarii sunt testes Rhodii: *hic Rhodus, hic salta!*”

De rebus ab Hannibale in Italia gestis

Postquam Romani ad Cannas devicti sunt, Maharbal, qui equitatu Poenorum praeerat, Hannibalem Romanos perssequi et urbem ipsam aggredi hortatus est, “Die quinto, – inquit, – victor in Capitolio epulaberis. Sequere, cum equitatu praecedam!”. Hannibali res est visa nimis major, et aliquid temporis sibi deliberare postulavit. Tum Maharbal: “Non omnia nimirum eidem dei dederunt: vincere scis, Hannibal, victoriam uti nescis”. Mora ejus diei salutis Urbi atque imperio fuit. Ita scriptor Titus Livius in libro “Ab Urbe condita” (XXI–XXIV) narravit.

Tema: Numeralia

De diebus et mensibus

Hora est vicesima quarta pars diei. Mensis triginta aut triginta unum, solus Februarius duodetriginta aut undetriginta dies continet. Nomina mensium Romanae sunt originis. Antiquissimis autem temporibus apud Romanos annus fuit decem mensium. Primo mensi nomen fuit Martius, quinto Quintilis, sexto Sextilis, septimo September, octavo October, nono November, decimo December. Numa Pompilius, alter rex Romanorum, numerum mensium duobus auxit et ordinem eorum mutavit. Postea Romani Quintilem mensem Iulium, Sextilem Augustum nominaverunt. Iulio nomen est a Iulio Caesare,

Augusto – ab Augusto imperatōre. Primo mensis diēi nomen fuit Kalendae, quinto – Nonae, tertio decimo – Idus; mensibus autem Martio, Maio, Iulio, Octōbri septimo diēi nomen fuit Nonae, Idus quinto decimo.

Summarium historiae Romānae

Annos numerābant Romāni ab anno Urbis condītae, qui annus fuit ante aeram nostrum septingentesimus quinquagesimus tertius. Initio reges per annos circiter ducentos quinquaginta civitatem ad arbitrium suum rexerunt. Anno quingentesimo nono sive ab Urbe condita ducentesimo quadagesimo quarto, postquam expulsus est Tarquinius Superbus, creati sunt duo consules. Hunc statum quinque fere saecula observaverunt Romani. Iam anno ducentesimo sexagesimo sexto tota fere Italia in potestate Romanorum fuit.

Anno tricesimo imperium occupavit Augustus, qui primus imperator populi Romani fuit. Imperatoribus paruit imperium Romanum usque ad annum quadringentesimum septuagesimum sextum aerae nostrae sive millesimum ducentesimo tricesimum ab Urbe condita.

De Augusto

Octavius, Antonio victo Aegyptōque ad imperium Romanum adiecta, in Italiam rediit Romanque triumphans ingressus est.

Tum bellis toto orbe compositis, Iani gemini portas, sua manu, clausit, quae tantummodo bis antea clausae fuerant, primo Numa regnante, iterum post primum bellum Punicum. Tunc omnes praeteritorum malorum oblivio cepit populusque Romanus praesentis otii laetitia perfructus est. Octavio maximi honores a Senatu delati sunt. Ipse Augustus cognominatus est et Senatus Populusque Romanus, consensu omnium, cognomen Patris Patriae ei tribuerunt. Nonne, anno ante quam decessit, scripsit Horatius poeta populi universi amorem eloquens:

“Divis orte bonis, optime Romulae
Custos gentis...”?

Augustus obit Nolae, in oppido Campaniae, sextum et sexagesimum annum agens.

De Romae descriptione

In antiqua descriptione urbis Romae, orbis terrarum capitis, omnia aedificia enumerantur. Romae erant octo pontes, duodecim fora, octo campi, triginta septem portae, inter quas clarissima Porta Appia, quadringenti viginti tres vici, mille nongentae domus, multae insulae, duo macella in Coelio et Esquilino sita, ducenta horrea, decem

thermae, viginti aquaeductus, octoginta balnea, mille putei, duo Capitolia, alterum in monte Capitolio, alterum in colle Quirināli, quadraginta templa, duo amphitheātra, tria theātra, duo circi, quinque naumachiae, triginta arcus e marmōre.

Calendarium Romanorum

Apud Romānos initio Martius primus anni mensis erat, Aprīlis alter, Maius tertius, Iunius quartus. Quintīli, quinto mensi, postea, quod G. Iulius Caesar hoc mense natus erat, nomen erat Iulius, Sextīlis, sextus, ex imperatōre Augusto Augustus nominabātur. Menses proximi olim, ut nomīna ipsa docent, erant menses septīmus, octāvus, nonus, decīmus. Primo mensis diēi nomen erat Kalendae, septīmo diēi mensium Martii, Maii, Iulii, Octobris nomen Nonae, quinto decīmo diēi eorundem mensium nomen Idus. Ceterōrum mensium Nonae erant quinto mensis die, Idus tertio decīmo. Anno ante aeram nostrum quadagesīmo sexto temporibus G. Iulii Caesāris annus trecentos sexaginta quinque dies habēbat, quarto autem cuique anno dies trecentēsīmus sexagesīmus sextus adiciebātur. Hoc ordine annōrum Romāni atque gentes Christiānae utebantur usque ad actātem Papae Gregorii tertii decīmi. Qui anno millesīmo quingentesīmo octogesīmo altēro ordinem annōrum confūsum corrigēbat.

Aenigma

Ūnus est pater, duodecim autem filiī eī sunt, quōrum singulīs sexāgintā filiae sunt, duplicem fōrmam habentēs: aliae enim albae sunt, aliae nigrae. Quamquam vērō immortalēs sunt, omnēs tamen moriuntur.

De citharista

Citharista quidam Stratonīcus nomīne, in schola sua novem Musārum simulacra et Apollīnis statuam habēbat, discipūlos vero duos. Interrogātus aliquando ab amīcis: “Quot discipūlos habes?”. Ille: “Deōrum, – inquit, – auxilio duodēcim”.

De fortī centuriōne Rōmānō

Annō quinguāgesīmō secundō Caesar oppidum Gergoviam obsēdit. Postquam mīlitēs, qui mūrū Gergoviae ascenderant, interfectī atque dē mūrō dējectī sunt, M. Petrōnius centuriō ad oppidum cum parvā manū prōcessit. Sed ā multitudīne hostium vehementer oppressus est.

Tum Petrōnius, multīs jam vulneribus affectus, dē suā salūte despērāns, mīlitibus, qui eī successerant: “Quoniam, – inquit, – mē ūnā vōbīscum servāre nōn possum, vestrae

quidem certē vītae prōspiciam, quōs cupiditāte glōriae adductus in perīculum dēdūxī. Vōs, ubi primum facultās facta erit, vōbīs cōsulite”. Simul in mediōs hostēs irruit duōsque interfēcit, reliquōs ā portā paulum submōvit. Succurentibus mīlitibus: “Frustrā, – inquit, – mihi prōspicere cupitis, quem jam sanguīs vīrēsque dēficiunt. Proinde abīte, dum est facultās, vōsque ad legiōnem recipite”. Ita pugnāns post paulō concidit ac suīs salūtī fuit.

De pugnā ad Thermopylās factā

Annō ante aeram nostrum quadringentēsimo octōgēsimo Xerxēs, rēx Persārum, ingentem exercitum in Eurōpam dūcēbat. Ubi Hellēsponus angustissimus erat. Duōbus pontibus fretum jūnxit ibīque septem diēbus totidemque noctibus cōpiās trādūxit. Postquam exercitum trādūxit, mīlites lustrāvit. Erant septiēs deciēs centēna mīlia peditum, equitum octōgintā mīlia.

Via ē Macedoniā in Graeciam erat per angustias Thermopylārum, quae vix duōbus carrīs spatium dabat. Leōnidās, rex Lacedaemoniōrum, cum sex mīlibus mīlitum angustias occupāvit.

Omnēs Graecī maximō amōre patriae flagrābant virīque fortissimī erant. Itaque omnēs hostium impetūs sustinuērunt et Persās fugāvērunt. Tum Ephialtēs quīdam, homō improbus, Persīs sēmitam, per montēs ad Thermopylās dūcentem, monstrāvit et decem milia fortissimōrum Persārum in tergum Graecōrum perdūxit.

Leōnidās omnēs mīlites dīmisit et ipse cum trecentīs Spartiātīs contrā Persās pugnāvit. Graecī diū impetum Persārum sustinuērunt et fortissimē pugnantes ad ūnum omnēs interfectī sunt. Magna est glōria eōrum virōrum. In eōrum sepulcrō scīptum est:

Dīc, hospēs, Spartāe nōs t(e) hīc vīdisse jacētēs,
Dūm sanctīs patriāe lēgibus óbsequimūr.

Тема: Сунтаксичні конструкції: Accusativus cum infinitivo. Nominativus cum infinitivo.

De ranis regem petentibus

Aliquando ranis in controversiis iudex deerat. Tum manus ad caelum tetenderunt et ab Iove regem petiverunt. Iuppiter autem putavit ranas ipsas concordiam restituere debere. Itaque a caelo in lacum ranarum truncum demisit, qui magno sonitu in lacum cecidit. Ranae perteritae aliae alio cucurerunt et initio regem novum metuerunt. Postquam autem se erravisse animadverterunt, dono Iovis honorem non tribuerunt principemque alium poposcerunt. Iuppiter autem, ira incensus, regnum mandavit hydrae. Quae statim in lacu victum sibi quaesivit et magnum ranarum numerum minuit. Tum reliquae intellexerunt se stultas fuisse, quod sapientiam Iovis reprehenderant.

De Ennio poēta et Nasīca

Scipio Nasica aliquando ad Ennium poētam venit, cui ab ostio Ennium quaerenti ancilla dixit dominum domi non esse. Nasica tamen sensit illam domini iussu dixisse et eum domi esse. Paucis post diebus ad Nasicam Ennius venit et eum ad ianua quaesivit. Tum Nasica exclamat se domi non esse. Cui Ennius: “Quid? Ego non cognosco vocem tuam?” Huic Nasica: “Homo es impudens: ego ancillae tuae credidi te domi non esse, tu autem mihi non credis ipsi?”

De Tiberio et Gajo Gracchis fratribus

Patricii Romāni, Carthagīnem delentes et Graeciam capientes, magnas divitias in paucōrum manus confluxērunt, reliqua vero multitūdo popūli, a nobilitāte oppressa, sedes paternas etiam amīsit. Nam hac aetāte inter nobīles sive optimātes et paupēres summae controversiae inceptae sunt. Inter claros Romanōrum viros erant duo fratres, Tiberius et Gajus Sempronii Gracchi, nobīli patre et proāvo, viri eximiae virtūtis atque humānitātis, qui contra avaritiam divitum certābant. Causam popūli Romāni prior Tiberius Gracchus suscēpit. Is, tribūnus plebis anno centesimo tricesīmo tertio creātus, agrum publicum inter cives paupēres dividere et in provincias novas colonias deducere constituit. Ob eam rem aspērum odium potentiōrum contra se incitāvit et necātus est senātus consulto ut hostis rei publicae.

Ut necis fraterni vindex et legum ejus propugnātor Gajus Gracchus exstītit. Nobīles, qui Gajum plus etiam, quam Tiberium timēbant, eum questōrem in Siciliam misērunt. Tamen ille Romam revertit et tribunātum petīvit. Tribūnus plebis anno centesimo vicesīmo tertio creātus, per duos annos opēram dedit salūti popūli, tandem vero a nobilībus oppressus est et gladio necare se jussit. Post interitum fratrum Gracchōrum diuturna bella civilia facta sunt.

De Parrhasio et Zeuxīde, celeberrīmis pictorībus Graecis

Traduntur Parrhasius et Zeuxis celeberrīmi pictōres Graeci fuisse. Parrhasius cum Zeuxīde de arte pingendi certavisse dicītur. Notum est Zeuxīdem uvas simīles veris uvis pinxisse. Ad tabūlam Zeuxīdis etiam aves advolābant. Parrhasius linteum simīle vero pinxit. Zeuxis desiderābat linteum removēre et ostendēre tabūlam. Zeuxis errōrem suum intellexit et palmam Parrhasio concessit. Et recte: ipse enim volucres fefellit, Parrhasius autem artificem.

Narrātur Zeuxis puērum uvas ferentem pinxīsse; ad eas uvas etiam aves advolābant, ut ad veras. Pictor tamen contentus non erat et irātus” “Uvas, – inquit, – melius quam puērum pinxi; puer vero puēro simīlis esse non vidētur, si aves ad eum advolāre non timent”.

De Themistōcle

Apud Graecos dicĭtur Themistōcles Atheniensis incredibĭlis incredibĭlis ingenii et mentis fuisse. Memoriam quoque singulārem eum habuisse cives putābant. Omnia enim, quae audivērat et vidērat, memoria tenuisse videbātur. Aliquando ad eum peregrĭnus quidam accessisse dicĭtur et promississe se ei artem memoriae esse traditūrum. Themistōcles: “Oblivisci”, - inquit, - “discēre malo. Non memoria teneo etiam ea, quae nolo, oblivisci non possum, quae volo”.

De Colosseo

Romae multas columnas, arcus, templa theatrāque antĭqua delēta esse cuncti dolēmus. Notum est hodie quoque nonnullas reliquias Romae antĭquae ostentāri posse. Homĭnes putant Romam urbem aeternam esse. Dicĭtur ilud theātrum conservātum esse, quod Amphitheātrum Flavium nominabātur. Hoc amphitheātrum postea Colosseum appellātum esse ex colossea statua Nerōnis, quae hic collocāta erat, constat. Quo verbo nunc theātrum significātur. Scriptōres antĭqui tradunt in Colosseo ludos magnificos per centum dies perfectos esse. Quibus diēbus permultas bestias necātas esse notum est. Dicuntur alti muri eĭus theātri, quod ovi formam habet, magnificis columnis ornāti esse. Narrant Colosseum nimis amplum fuisse et a quinquaginta milĭbus Romanōrum complētum esse. Servos quoque iussu dominōrum pugnasse constat.

Apte dictum

– “Omnes, – inquit Alexander Magnus postquam vulnerātus est, – jurant me Jovis esse filium, sed vulnus homĭnem esse me clamat”.

– Laco quidam homĭni dicenti maxĭmum esse numērum hostium respondit: “Tanto major erit gloria nostra”.

– Salse ridēbat Diogēnes inertiam Megarensium, qui libēros suos nullis bonis artĭbus instruēbant, curam vero magnam pecōrum habēbant. “Malo, – inquit, – me ariētem esse Megarensis, quam filium”.

– Demosthēni fur quidam rem pretiōsam arripuit; qui captus est ita se defendēre studēbat: “Nesciēbam id tuum esse”. Cui Demosthēnes: “At id tuum non esse satis sciēbas”.

– Xanthippe, Socrātis philosōphi uxor, morōsa admōdum fuisse narrātur et jurgiōsa. Morĭbus ejus observātis Alcibiādes demirātus rogāvit Socrātem: “Cur mulierem tam acerbam domo non expelles?”. Cui Socrātes: “Quoniam, – inquit, – cum illam domi talem patior, exerceor et possum quoque foris ceterōrum homĭnum petulantiam et injuriam facilius tolerāre”.

– Aliquando Socrātes se fugiente Xanthippes (*Gen.*) irae domum relīquit et ante fores consēdit. Tum mulier quiēte viri admōdum irāta de fenestra aqua immunda virum perfūdit. “Nonne dicēbam, – inquit philosōphus, – tantum tonitrum pluvium sequi”.

– Matrōna quaedam aliquando Corneliam, matrem fratrum Gracchōrum visiāvit monstrans ornamenta sua pulcherrīma. Cornelia ei feminae sua ornamenta quoque ostendēre promīsit. Suis filiis e schola venientībus Cornelia matrōnae illi ostendit: “Haec mea ornamenta sunt”.

– Vir rustīcus usque ad meridiem arāvit et tandem labōre fatigātus domum reverti constituit. Aratro super asello alligāto deinde ipse asellum ascendit. Sensit tamen asellum, nimio onēre gravātum, ire non posse. Tum descendens atque aratrum super suum umērum ponens rursus asellum ascendit, inquiens: “Nunc recte ambulāre potes, non enim tu, sed ego aratrum fero”.

De deīs Gallōrum et Germānōrum

Caesar in librīs, quī “Commentārii dē bellō Gallicō” dicuntur, et dē bellīs, quae Rōmānī in Galliā, Germāniā, Britanniā diū gessērunt, et dē mōribus institūtisque eōrum populōrum scrībit. Tacitus, ille rērum scriptor Rōmānus, quoque in librō dē orīgine, mōribus, sitū, populīs Germāniae dīcit.

Caesar scrībit Gallōs deōrum maximē Mercurium colere. Hunc viārum ducem, hunc mercātōrum custōdem appellant. Post hunc colunt Apollīnem et Martem et Jovem et Minervam. Dē hīs eandem ferē opīniōnem, quam reliquī populī habent. Crēdunt enim Jovem imperium deōrum tenēre, Apollīnem morbōs dēpellere, Minervam opērum atque artificiōrum initia trādere, Martem bella regēre.

Martī Gallī, cum proelium committere in animō habent, magnam praedam prōmittunt. Post pugnam bēstiās necant, congerunt in ūnum locum reliquās rēs, quibus magnōs tumulōs exstruunt.

Dē Germānōrum deīs autem Caesar nihil nisi haec scrībit: Germāni in deōrum numerō eōs sōlōs dīcunt, quōs vident et quōrum opībus juvantur: Sōlem et Vulcānum et Lūnam.

Ē Tacitī librō intellegimus ā Germānīs maximē Mercurium colī. Cui Germānī certīs diēbus etiam hominēs immolant. Herculem et Martem mactātīs bestiīs plācant. Germānī deōs neque parietibus inclūdunt neque in hominis speciem fingunt.

De bello cum Pyrrho gesto

Pyrrhus, rex Epirotārum, cum in Italiam belli causa venit, sperābat se non solum Italiam, verum etiam Siciliam et Afrīcam in potestātem suam redactūrum esse, Romānos autem facīle victum iri. Sed post pugnam ad Heracleam factam, qua etsi

Romānos vicit, ipse tamen magnum detrimentum accēpit, exclamavisse dicunt post aliam similem vistoriam se sine milite in Epīrum reversūrum esse. Talis fuit Pyrrhi victoria.

Temu: Ablativus absolutus

De Alexandro, rege Macedōnum

Philippo, rege Macedōnum, occiso Alexander regnum occupāvit. Gentibus finitimis domitis a rege exercitus adversus Persas paratus est. Alexandro bellum gerente Graeci bellum movērunt, sed devicti sunt. Hellesponto traiecto Persas ad Granicum flumen vicit; plurima oppida maritima portas Alexandro aperuerunt. Rex urbibus maritimis captis magnam partem Asiae occupāvit.

De Caesāre duce

Caesar, equitatu praemisso, sex legiones ducēbat. Post eas totius exercitus impedimenta collocaverat. Equites, flumēne transito, cum hostium equitatu proelium commiserunt. Signo dato, milites Romani in hostes impetum faciēbant. Hostes equitibus pulsus, incredibili celeritate ad flumen cucurrerunt. Vexillo proposito, militibus revocatis a labore, acie parata Caesar hostes secutus est et victoriam accēpit.

Roma a Gallis expugnatur

Antiquis temporibus Galli exercitu Romano victo ad urbem Romam contendērunt. Ubi Romam fama venerat exercitum fusum fugatumque esse, omnes fere Romani fugae se mandaverunt. Pauci tamen juvenes, quibus Manlius, vir fortissimus, praeerat, in arcem Capitolium, quo frumentum atque arma comportaverant, ingressi sunt. Senatores vero in urbe manere statuerunt et ibi adventum Gallorum expectaverunt omnibus insignibus suis induti et in foro in sellis eburneis sedentes. Intērim Galli nec portis urbis clausis, nec stationibus pro muris et portis dispositis in urbem intraverunt. Ubi senatores illos immobiles in sellis sedere viderunt, unus Gallorum barbam senatoris cujusdam manu tetigit et statim ab eo scipione eburneo interfectus est. Tum vero Galli ira incensi omnes senatores res trucidaverunt urbemque concremaverunt.

Senatoribus trucidatis urbemque concremata in arcem, quae saxis praeruptis et muris firmis munita erat, invadere constituerunt, sed diu frustra eam oppugnaverunt. Tandem noctu alii alios trahentes magno silentio in summum saxum ascendērunt et non solum custodes dispositos fefellerunt, sed etiam canes non excitaverunt. Anseres vero non falsae sunt, quae Junoni sacrae erant et ea de causa Romani in magna inopia cibi his anseribus abstinuerant. Clangore eorum alarumque crepitu ex somno excitatus est

Manlius, qui cetēros ad arma vocāvit et Gallos facīle de saxo deturbāvit. Ita Capitolium Romānum ab anserībus servātum est.

De Graecōrum cum Xerxe bello

Decīmo post pugnam Marathoniam anno Persae cum Graecis pugnāre constituērunt. Xerxes, Persārum rex, copiis in Eurōpam traiecērat, Graecis bellum gessit. Athenienses, pericūlo appropinquante, legātos misērunt Delphos consultum. Legātis Pythia respondit: “Athenienses ligneis muris se defendērant”. Cives Athenārum, his verbis audītis, urbe relicto, in insūlam Salamīnam transportavērunt.

At Xerxes, Thermopylis expugnātis, ad Athēnas accessit easque, nullis defendentībus, interfectis sacerdotībus, quos in arce invenērat, incendio delēvit. Graeci tamen, multis gravibusque cladībus in terra acceptis, copias Persārum in mari apud Salamīnam devicērunt. Athenienses, hac victoria reportāta, Themistōcle duce, urbem suam muris cinxērunt.

Temu: Gerundium. Gerundivum.

De Herodōto

Herodōtus Halicarnassius discendi causa in terras remotissīmas profectus est, multas enim res nulla ratiōne nisi peregrinando cognosci potērat. Itāque in Aegyptum venit diuque ibi sacerdotībus versātus est multaue didīcit, Aegypti enim scribendi, pingendi, sculpendi perīti erant. Inde ad Phoenīces pervēnit, qui multārum atrium perīti erant. Ars scribendi a Phoenicībus inventa est. Deinde Herodōtus Babyloniam adiit, ubi incōlae irrigando agros et hortos fertiliōres reddēbant. Postquam haec peregrinatio perfecta est Herodōtus domum revertit.

De Archimēdis morte

Marcellus, Romanōrum consul, ad Syracūsas, urbem Siciliae nobilissīmam, oppugnandas missus est. Diutūrna fuit obsidio, nee urbem, nisi post tres annos, cepit Marcellus. Archimēdes, qui ea tempestāte Syracūsis fuit, multis machīnis urbis defendendae causa inventis opēra Romanōrum disturbābat. Captis Syracūsis Marcellus prudential homīnis delectātus capīti illīus parci iussit. Archimēdes, dum in pulvère quasdam formas describit attentius, patriam suam captam esse non senserat, et milīti, qui praedandi causa in domum irrupērat strictoque gladio: “Quisnam es?”

interroganti propter nimiam cupiditatem illud investigandi, quod requirebat, nihil respondit nisi haec: “Noli turbare circulos meos”. Itaque a milite obtruncatus est.

Res corporales et incorporales

Quaedam res corporales sunt, quaedam incorporales. Corporales hae sunt, quae tangi possunt, velut fundus, homo, vestis, aurum, argentum et denique aliae res innumerabiles. Incorporales sunt quae ius hereditatis, usufructus, obligationes.

Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, et id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia.

Nam ipsum ius successione et ipsum ius utendi – fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. Eodem numero sunt iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur.

De servitutibus

Rusticorum praediorum iura sunt haec: iter, actus, via, aquaeductus. Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agenda, vel vehiculum. Actus est ius agenda vel iumentum, vel vehiculum. Itaque qui iter habet, actum non habet, qui actum habet et iter habet eoque uti potest etiam sine iumento. Via est ius eundi et agenda et ambulandi: nam et iter et actum in se via continet. Aquaeductus est ius aquam ducendi per fundum alienum.

De bello cum Belgis gesto

Anno quinquagesimo septimo ante aeram nostrum Caesari bellum cum Belgis gerendum erat. Belgae fortissimi omnium hostium fuerunt. Belgae subito omnibus copiis ex silvis procurrerunt impetumque in equites Romanos fecerunt. Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, ab opere revocandi milites, qui paulo longius aggereis petendi causa processerant, arcessendi, acies instruenda, milites monendi, signum tuba dandum.

Milites Romani propter propinquitatem et celeritatem hostium non iam Caesaris imperium exspectant, sed per se – incredibile dictum est – omnia administrabant.

Caesar ad milites monendos decurrit et ad legionem decimam devenit. Militibus signum proelii committendi dedit. Animus militum ad pugnandum paratus erat. Tempus ad galeas induendas defuit. Diu proelium anceps erat. Postrimo Caesar ipse in primam aciem processit. Cuius adventu hostium impetus tardatus est. Hostes legatos ad Caesarem pacem petitum miserunt.

De Marco Antonio

M. Antonius, quasi imperātor copias suas collōcans, omnia verba ponēbat in maxīme opportūnis suae oratiōnis partibus. Gestibus non verbōrum exprimendōrum, sed sentiētiarum illuminandārum causa utebātur. Etsi vox eīus subrauca natūra, etiam hoc vitium in bonum ille convertēbat. Habēbat enim flebile quiddam optumque et ad fidem faciendam et ad misericordiam movendam.

Oratōri animōrum flectendōrum cupīdo necesse est, ut Demosthēnes ait, in dicendo plurimos aestimāre.

Antonius aut sedandis anīmis aut excitandis incredibīlem vim habēbat. In interpretando, in definiendo, in explicanda aequitāte nemo erat melior, quam Antonius.

De asportatiōne Sabinārum

Romūlus, uti novam civitātem firmāret et tutarētur, urbem munīvit, centum senatōres creāvit, exercitum armāvit. Duodēcim lictōres regem comitabantur. Iam res Romāna adeo erat valīda, ut finitīmis gentibus bello par esset. Sed cum eae societātem conubiumque novo populo constanter recusārent, deērant muliēres. Quam ob rem Romūlus indignans “Cum finitīmi”, inquit, “preces nostras aspernentur, dolum et vim adhibere conābor. Nam id, quod precando non impetravimus, alio modo nobis est efficiendum. Satis diu, arbītror, cunctāti sumus; nunc tempus est agendi”. Paulo post ludos parāvit Neptūno deo. Quod spectaculum cum indictum esset, Sabinōrum omnis multitūdo studio spectandi incitāta cum libēris ac coniugibus convēnit. Qui novum oppīdum satis admirāti ludos spectābant. Subīto autem iuventus Romāna in spectantes se praecipitāvit magnumque numērum puellārum asportāvit. Qua re perterriti parentes fugērunt gravissimam Romānis poenam minantes.

Brevi post Romānis acriter erat proliandum. Nam Sabīni cum exercitu ad pugnandum parāto in urbem Romam invasērunt. Tum eadem illae muliēres, quae iam Romanōrum erant uxōres, inter infestas acies proeliantium sese praecipitavērunt hinc patres, hinc marītos precantes, uti caedem finiant. Neque frustra precātae sunt, nam pax amicitia facta est.

De decemviris

Anno ante aeram nostrum CCCCLIII Romāni tres viros legum cognoscendārum causā in Graeciam misērunt. Hi primum Athēnas ad Solōnis leges describendas venērunt. Tum in alias Graeciae civitātes ad leges, mores, institūta cognoscenda iter fecērunt. Post legatōrum reditum proximo anno decemviri legibus scribendis creāti sunt. In his fuit Appius Claudius, vir magnae auctoritātis et probitātis. Leges in XII tabulis inscriptae sunt.

Anno CCCL itērum decemvīri ad rem absolvendam creāti sunt. Proxīmo anno decemvīris munus abrogātum est, quod in legis scribendis severiōres fuērant.

De sapientia ab oratōre expectanda

Cicēro, celēber orātor Romānus, in libro “De oratōre” ita scripsit: “Ego puto oratōri dicendum esse de rebus bonis aut malis, expectandis aut fugiendis, honestis aut turpibus, utilibus aut inutilibus, de virtūte, de iustitia, de constantia, de prudentia, de magnitudīne anīmi, de libertāte, de pietāte, de amicitia, de officio, de fide, de cetēris virtutibus contrariisque vitiis.

Legendi sunt poētae, cognoscendae historiae, omnium bonārum atrium doctōres atque scriptōres legendi et pervolutandi et exercitatiōnis causa laudandi, interpretandi, corrigenda, vituperandi, refellendi sunt. Per discendum est ius civīle, cognoscendae sunt leges, percipienda est omnis antiquitas, senatoria consuetūdo, disciplīna rei publicae, iura sociōrum, foedēra, pactiōnes”.

Temu: Participium futuri activi. Онисова дієвідміна активного стану.

Apte dictum

– Agiselāus, Lacedaemoniōrum rex, Thraciam transiturus, ad Macedōnum regem misit interrogātum, utrum per hostium an amicōrum terram itūrus esset. Cum ille respondisset se consultūrum esse, Agiselāus: “Fiat, – inquit, – igitur, consultatio, nos intērim iter faciēmus”.

Temu: Verba anomāla: volo, nolo, malo, fero. Verba defectīva. Verba impersonalia.

De Tiberio Sempronio Graccho

Tib. Gracchus post mortem patris a Cornelia matre educātus est. Quae, cum rex quidam Aegypti eam in matrimonium ducere vellet, “Nolo”, inquit, “regīna appellāri; malo bonam liberōrum meōrum esse”. Aliquando, cum amīca ei ornamenta sua ostendisset, Cornelia filiis advocātis “Visne”, inquit, “mea ornamenta vidēre? Haec sunt ornamenta mea”.

Tiberius, maior fratrum, cum adolevisset, pauperibus auxiliāri voluit (anno centesimo tricesimo tertio). Nam Carthaginensibus victis allisque gentibus subactis multi nobiles Romāni luxuriōse vivere malēbant quam patriae servire multosque rusticos ex possessionibus suis depellēbant, quod magnos hortos villasque habere

volēbant, Quod cum Tib. Gracchus cognovisset, Romae in contionibus haec fere verba faciēbat: “Bestiae sua domicilia habent. Vos quoque tecta paterna et agros a maioribus acceptos incolere vultis. Itaque indignor agros vobis ab aliis eripi, qui ipsi agricolae esse nolunt. Itaque, cum vobis prodesse velim illisque invisus esse malim, quam patriam deserere, postulo, ut vobis agri reddantur”.

Quod Gracchus voluit, perfici non potuit. Nam ab adversariis interfectus est corpusque eius iniectum est in Tibērim.

Apte dictum

– Themistocles interrogatus, utrum Achilles esse mallet an Homērus, respondit: “Dic prius ipse, utrum malis esse victor ludorum Olympiorum an praeco, qui victores pronuntiat?”

– Multi a Philippo, rege Macēdonum, pecunia corrupti sunt. Itaque rex, interrogatus quos odisset maxime et quos amaret: “Eos, – inquit, – qui prodere volunt, amo maxime, eos autem, qui jam prodiderunt, odi”.

– Cum Alexander Magnus se a Graecis ut deum coli vellet, Damis, Lacedaemoniorum rex: “Quoniam Alexander, – inquit, – deus esse vult, esto”.

– Cum Alexander Magnus in ruinis Trojae esset, sacerdos quidam ex eo quaesivisse dicitur, num Iyram Paridis videre vellet. Cui Alexander: “Malo, – inquit, – hastam Achillis, quam Iyram Paridis videre”.

Тема: Умовний спосіб в незалежних реченнях.

De Helvetiis

Helvetii, populus bellicosus et imperii cupidus, in animo habebant ex patria sua emigrare et alios agros Galliae occupare. Tum unus ex Helvetiis: “Ex patria nostra, – inquit, – emigremus. Antea autem comparemus nobis frumentum, confirmemus amicitiam cum finitimis, inflammemus aedificis et oppida nostra. Sunt omnino viae duae, quibus ex patria emigrare possumus: altera per Sequanos, altera per provinciam Romanorum. Via, quae per Sequanos ducit, angusta et periculosa est. Per provinciam Romanorum igitur migremus”.

De equo Troiano

Graeci, laboribus belli Troiani fatigati, de victoria desperaverunt et in patriam redire cupiverunt, se ab Ulixe retenti sunt, qui iis dolum adhibere suadebat. “Equum

ligneum, – inquit, – exstruāmus. In equi ventrem fortissīmi viri se abdant, cetēri autem naves conscendant reditumque in patriam simulantes ad insulam Tenēdum navigent”.

Consilium Ulīxis ab omnibus probatum est. Iam Troiāni liberos se putabant periculis et magnopere delectabantur. Omnium autem admirationem excitabat equus ligneus. Atque nonnullis placuit equum ligneum in arce urbis, ubi Minerva templum erat, collocare. Laocoon autem, Neptūni sacerdos, Troiānos fraudem cavere monuit. “Ne traxeritis, – inquit, – equum in urbem! Flammis potius deleamus! Dolus subest; hostes in equo latent”. Utinam Troiāni Laocoonti fidem habuissent! Utinam ne frustra eos monuisset! Troia tum incolūmis stetisset et incolae eius capti aut trucidati non essent.

De Aenēa

Decem annos Troia a Graecis oppugnabatur. Graeci saepe impetum in moenia urbis faciēbant. Sed Troiāni multos hostium interficientes fortissime patriam defendēbant atque obērant Graecis. Decimo anno Graeci hostes dolo decipientes urbem Troianorum expugnāvērunt; quorum nonnulli in saltibus se occultāvērunt. Ibi cum de salute desperare inciperent, Aenēas, dux eorum, “Domos nostras”, inquit, “hostes hac nocte diripiunt et deorum simulacra templaque incendunt. Sed omnia nobis rapiant, spem non eripient. Nam quamquam nunc ex patria fugere cogimini, tamen novas sedes accipiētis ibique Troiam reficiētis. Quam ob rem naves nobis faciāmus! Dux noster erit Iuppiter. Qui maria ignota nobis facile patefaciet. Aspice clementer nos fugientes, Iuppiter! Fac, ut hostes decipiāmus! Effice, ne gentes feroces nos interficiant, ne tempestates naves nostras concutiant! Incipite, amici, et perficite celeriter, quae praecipiam! Libenter suscipiāmus labores et pericula! Mox procul a domo novas oras novosque portus mecum conspiciētis”.

Quae sint in horto necessaria?

Multa sunt in horto necessaria. Sit primum aquae copia. Dividatur ea ac per rivulos adducatur in omnes horti partes. Claudatur hortus, cuius portulae animalia plantis noxia removeant. Ne multae sint arbores, quarum umbra noceat. Vertatur humus, iniciatur stercus. Si dabis terrae, terra dabit.

Темі: Підрядні речення мети. Підрядні додаткові речення.

De gallo et ancillis

Rustica quaedam, ubi primum gallus cantaverat, ancillas e somno excitabat, ut laborarent. Itaque ancillae constituerunt se gallum necaturas esse, ut sibi quietem

compararent. Sed, gallo necato, frustra quietem exspectabant. Nam rustica ancillas, ut officia servarent, nunc etiam noctu e somno excitabat.

De Proserpina

Pluto, inferorum deus, a Iove fratre petivit, ut sibi Proserpinam, Iovis et Cereris filiam, in matrimonium daret. Iuppiter negavit quidem Cererem passuram esse filiam suam in tenebris Tartari morari; sed fratri permisit, ut eam, si posset, raperet. Quare Proserpinam, in nemore quodam in Sicilia flores legentem, Pluto, quadrigis ex terrae hiato proveniens, rapuit.

De maligna crudelitate Derei

Dareus, rex Persarum, qui exercitum in Europam traicere constituerat, ut Scythis bellum inferret, a Persa nobili, cui quattuor filii erant, rogatus est, ut unus ex illis domi relinqueretur. Cui rex: “Quoniam”, – inquit, – “a me petivisti, ut unum ex filiis tibi relinquerem, omnes domi relinquam”. Quae ubi dixit, crudeliter imperavit, ut quattuor illius filii occiderentur. Ita omnes filii domi manserunt.

De Alexandro et Anaximēne

Alexānder Magnus urbem Lampsācum expugnāre constituit. Copias iam ad eam urbem adducenti Anaximēnes praeceptor et philosophus obvius fuit. Hic rex metuēbat, ne ille se a consilio suo avertēret: “Nunquam, – inquit, – quod rogaveris, a me accipies”. Tum ei philosophus: “Rogo te, – inquit, – ut Lampsācum diruas”. Ita ista urbs servāta est.

Теми: Умовні речення.

De corvo et vulpe

Corvus, caseo rapto, cum praeda in arborem volavit. Vulpes casei cupida: “Quam pulchrae, – inquit, – pennae tuae sunt! Quanta est pulchritudo corporis tui et capitis! Si vocem dulcem haberes, nemo te superaret!” His verbis auditis, corvus stultus, de caseo non cogitans, cantavit, ut vocem suam ostenderet. Illo autem cantante, vulpes praedam asportavit.

Теми: Підрядні речення часу зі сполучником *sit*. Підрядні речення причини. Підрядні речення уступки.

De Alexandro Magno et Diogēne

Alexander Magnus, cum aliquando Corinthi esset, ad Diogēnem venit eumque interrogāvit: “Quid optas, Diogēnes? Faciam, quidquid voluēris”. Tum ille: “Opto, – inquit, – ne solem mihi intercipias”. Quo audīto, Alexander exclamavisse dicītur: “Nisi Alexander essem, Diogēnes esse vellem”.

De Socratis discipulo

Aliquando Socrati a discipulis multa dona oblata sunt. Tum Aeschines adulescens tristi vultu: “Mihi, – inquit, – cum pauperrimus sim, nihil digni est, quod dare tibi possim. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipsum. Quod munus parvum esse scio, tamen rogo, ut benevole accipias”. Cui Socrates: “Tua modestia, – inquit, – digna est, ut laudetur. Sed, cum animam tuam mihi des, noli putare tuum munus esse parvum! Libenter accipio, quod mihi donas, et curabo, ut te meliorem tibi reddam, quam accepi”.

De Mucio Scaevola

Cum Porsenna, rex Etruscorum, Romam obsidere constituit, Gaius Mucius Scaevola, iuvenis nobilis, cui indignum videretur, quod patria eius ab hostibus premeretur, regem Porsennam occidere consilium cepit. Itaque gladio sub veste abdito in castra Porsennae venit. Cum eo tempore ibi stipendium militibus daretur, scriba cum rege pari fere ornatu sedebat. Mucius ignorans, uter rex esset, scribam pro rege occidit. Ab hostibus captus cum videret mortem se vitare non posse, manum suam dextram in foculum incensum iniecit, veluti manum puniens, quae scribam pro rege occiderat. Rex, patientiam Mucii admiratus, eum ab igne amovit domumque impunitum dimitti iussit.

De Croesi regis filio

Filius Croesi regis, cum iam adolescens esset, loqui tamen non potērat omnesque credēbant eum mutum iam futūrum esse. Aliquando urbs, in qua rex et filius eīus erant, ab hostibus capta est. Cum hostis, gladium tenens, Croesum petēret (nesciēbat enim illum regem esse), adolescens os aperuit, clamāre studens, et subito clamāvit, ne vir iste Croesum regem necāret. Cum hostis verba eīus audisset, gladium reduxit et rex vitā donātus est. Ex eo tempore regis filius loqui iam potērat. Verba, quae prima dixit, haec sunt: “Homo! Rex Croesus est, ne necavēris eum!”.

De Diogene philosopho

Diogēnes philosophus, qui aliquando accensam lucernam manu tenens in forō ambulabat, a civibus interrogatus, cur lucernam accendisset, cum meridies esset: “Homīnem, – inquit, – quaero”.

De Biante

Bias, unus e septem sapientibus, cum patria ejus ab hostibus expugnata esset et omnes cives, multa de suis rebus secum asportantes, in fuga essent, interrogatus est, cur nihil ex bonis suis servaret. Tum: “Omnia, – inquit, – mea mecum porto”.

De Ariōne

Ario, clarissimus citharista, cum in Graecia Magna ingentes opes sibi comparavisset, Corinthum reverti statuit. Sed cum navem hominum Corinthiorum conscendisset, hi, ut opibus citharistae potirentur, ipsum de medio tollere constituērunt. Quod cum Ario cognovisset, nautas oravit, ut vitae suae parcērent. Hi se ei temperatūros esse negavērunt eumque ipsum in mare se praecipitare iussērunt. Tum ille oravit, ut antea ad citharam canere sibi liceret. Quod cum ei permisissent, in puppi constitit altaque voce cecinit. Eo cantante, delphini, sonorum dulcitudine ducti, annatavērunt. Itaque, cum in mare desiluisset, a delphino ad Taenarum promunturium vectus est. Inde Corinthum contendit et, quid sibi accidisset, Periandro tyranno narravit. Paulo post nautae quoque advenērunt. Interrogati, num quid de Ariōne cognovissent, eum salvum in Italia esse dixerunt. Tum vero ille subito advēnit et eos refellit, ac statim hi pro scelere poenas pependērunt.

Теми: Узгодження часів. Непряме питання. Підрядні додаткові речення з quin.

De Philoxēno

Dionisius, qui in urbe Syracusis tyrannus erat, carmina facere amicisque recitare solebat. Qui, ut tyranno blandirentur, versus, cum mali essent, laudabant. Aliquando autem Philoxenus quidam, ad cenam vocatus, ceteris carmina Dionisii admirantibus et laudantibus, ausus est ea mala esse dicere. Hac libertate iratus, tyrannus eum in carcerem duci iussit. Postridie tamen verum, ut constantiam eius experiretur, rursus ad cenam vocavit. Inter cenam, ut solebat, carmina sua recitavit, et postea sententiam Philoxeni de versibus exquisivit. Ille enim tacitus digressus est. Interrogatus, quo vaderet: “In carcerem”, respondit.

Piso orator et servus

Pupius Piso, orator Romanus, servis praecepit, ut tantum ad interrogata responderent nec quidquam praeterea dicerent. Aliquando Clodium ad cenam invitari iussit. Hora cenae instabat, cum ceteri convivae, excepto Clodio, adissent. Piso servum, qui solebat convivas vocare, emisit, ut videret, num veniret. Cum servus dixisset se eum non vidisse, Piso: “Dic, – inquit, – num non invitavisti Clodium?” “Invitavi”, – respondit ille. “Cur ergo non venit?” “Quia venturum se esse negavit”. Tum Piso: “Cur id non statim dixisti?” Respondit servus: “Quia non sum a te interrogatus”.

Quot omnibus hominibus commune sit

Quaeritis ex me, quid omnibus hominibus commune sit. Quae opinio virorum sapientium fuerit, vobis narrabo. Epictetus interroganti cuidam, quid omnibus hominibus commune esset, respondit: “Mors, nam nullum discrimen hominum facit et nulli parcit”. Thales autem, interrogatus de eadem re: “Spes”, inquit, “hanc enim etiam illi habent, qui nihil aliud habent”.

De Antiocho et Hannibale

Hannibal exul ad Antiochum, Syriae regem, venit. Ostendebat ei rex in campo copias ingentes, quas ad belli gerendum cum Romanis comparaverat: exercitum auro et argento fulgentem, elephantos denique cum turribus et cetera. Tum magnitudine tanti et tam ornati exercitus glorians Hannibalem interrogavit: “Putasne, satis esse Romanis haec omnia?” Intellegebat vim exercitus, num sufficeret bello Romano. At Hannibal eludens ignaviam militum pretiose armatorum: “Satis, – inquit, – plane satis esse credo Romanis haec omnia”. Rex de numero quaesiverat, respondet Hannibal de praeda.

Ambiguum responsum

Croesus, rex Lydorum, divitiis clarissimus, consilium cepit Cyrum, regem Persarum, bello persęqui. Cum legati, ab eo missi, ad oraculum Delphicum advenissent et Apollinem interrogavissent de exitu belli, hoc responsum acceperunt: “Si Croesus flumen finitimum inter Lydos et Persas transierit, magnum regnum peribit”. Cum Croesus ex finibus suis exisset flumenque transisset, a Cyro victus est et cum multis Lydis nobilibus captus est. Cyrus imperavit, ut rex in rogo obiret. Deinde, precibus eius commotus, vitam ei concessit et permisit, ut in regnum suum rediret.

Vestigia terrent

Leo infirmus, cum aegre vitam sustentaret, dolum excogitavit, ut victum sibi pararet. Morbum igitur simulavit, ut bestias se visitantes, si speluncam intravissent, devoraret. Cum iam multas devoravisset, vulpes quoque appropinquavit et ante speluncam bestiarum regem salutavit. Interrogata a leone, cur non intraret: “Intrarem”, – inquit, – “nisi vestigia omnia ad te spectantia me terrerent”.

Vulpes et uva

Famé coácta vúlpes ált(a) in vineá
 Uv(am) appetébat súmmis sáliens viribús.
 Quám tánger(e), út non pótuit, díscedéns aít:
 “Nondúm matúra (e)st, nól(o) acérbam súmeré”.
 Qui fácere quae non póssunt, vérbis élevánt,
 Adscríber(e) hóc debébunt exemplum sibí. (Phaedrus).

Ad Melpomēnem

Exegi monumentum aere perennius
 Regalique situ pyramidum altius,
 Quod non imber edax, non Aquilo impotens
 Possit diruere aut innumerabilis

Annorum series et fuga temporum.
 Non omnis moriar, multaque pars mei
 Vitabit Labitnam: usque ego postera
 Crescam laude recens, dum Capitolium

Scandet cum tacita virgine pontifex.
 Dicar, qua violens obstrepit Aufidus
 Et qua pauper aquae Daunus agrestium
 Regnavit populorum, ex humili potens,

Princeps Aeolium carmen ad Italos
 Deduxisse modos. Sume superbiam
 Quaesitam meritis et mihi Delphica
 Lauro cinge volens, Melpomene, comam. (Horatius).

Aesopus et viator

Aesopus aliquando Athenis ibat, multa secum meditans. Subito viator quidam ei obviam iens: “Quod horas, – inquit, – usque ad urbem ibo?” Aesopus nihil respondit. Cum ille iratus aliquantum isset, Aesopus, qui euntem observaverat, magna voce: “Duas horas ibis, amice!” Tum hic: “Cur, – inquit, – non statim respondisti?” Et Aesopus: “Quomodo scire poteram, quam celeriter ires?”

Dulce et decōrum est pro patria mori

Luciānus, scriptor Graecus, in “Laudatiōne patriae” scribit hanc proeliis cohortatiōnem plurimum valēre, si quis dicat bellum pro patriā susceptum esse, neque quemquam esse, qui, hac voce audītā, mortem aut pericūlum metuat. Ita enim nomen et ipsa commemoratio patriae efficit, ut ex timidissimo natūra fortissimus fiat. Tyrthaeus autem eandem sententiam duōbus versibus expressit, quorum versuum haec fere sententia est: “Pulchrum est virum fortem, pro patria pugnans et cadentem inter eos, qui in primo ordine dimicant, mori”. Nemo est, qui similem sententiam Horatii ignōret: “*Dulce et decōrum est pro patria mori*”. Et Cicerōnis: “Sed omnes omnium caritātes patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere?”

De Achillis fabūla

Thetis, cum sciret Achillem sine gloria, sed diu victurum esse, si in Thessalia remaneret neque cum ceteris Graeciae principibus ad Troiam oppugnandam navigasset, sin una cum illis profectus esset, vitam eius brevem, gloriam immortalē futūram – eum in thalāmo quodam cum puellis et mulieribus apud Lycomēdem collocavit in insula Scyro. Oraculo autem edito Troiam sine Achille capi non posse missi sunt a Graecis Nestor, Phoenix, Ulīxes ad Peleum, Achillis patrem, rogatum ut Achillem dimitteret. Peleo autem Achillem domi esse negante Scyrum profecti sunt. Ac suspicāti cum virginibus Achillem educari de Ulīxis sententia hinc arma, hinc calathos et fusos et cetera huius generis ante ostium cubiculi, in quo erant puellae et Achilles, exposuerunt. Ita puellae quidem in calathos continuo impetum fecerunt. Achilles vero arma corripuit, quo facto est cognitus.

De philosophiā

Quid est optabilius sapientiā, quid praestantius, quid hominī melius, quid homine dignius? Quī hanc petunt, philosophi nōminantur. Nec quicquam aliud est philosophia, sī expōnere in

animō habēs, praeter stadium sapientiae. Sapientia autem est, ut ā philosophīs expositum est, scientia rērum dīvinārum et hūmānārum causārumque, quibus eae rēs continentur.

Ō philosophia vītae dux, ō virtūtis indāgātrīx! Tū urbēs condidistī, tū hominēs in societātem convocāvistī, tū eōs inter sē prīmō domiciliīs, deinde conjugīis, tū litterārum et vōcum commūniōne junxistī. Tū inventrīx lēgum, tū magistra mōrum et disciplīnae fuistī. Ad tē concurrimus, ā tē opem petimus, tibi nōs tōtōs trādimus. Ūnus diēs autem, qui bene et ex praeceptīs tuīs actus est, peccantī immortalitātī antepōnī dēbet. (Cic.)

De olīva

Olīva est arbor, quae apud vetēres Graecos in magno honōre fuērat. Notum est certāmen, quod aliquando inter deos fuit. Neptūnus, Oceāni et omnium marium et fluviorum deus, et Minerva, omnium atrium et sapientia dea, de principātu certābant et operībus suis se iactābant. Neptūnus equum velocissimum creāvit. Minerva - olīvam, arbōrem utilissimam, Attīcae donāvit. Incōlae Attīcae olīvam donum pretiosissimum putavērunt et palmam Minervae dedērunt. Ex eo tempōre olīva a Graecis arbor sacra putātur.

De Spartāci seditione

Anno urbis Romae DCLXXVIII Macedoniam provinciam M. Lucinius Lucullus accepit, consorbinus Luculli, qui contra Mithridatem bellum gerebat. Et in Italia novum bellum subito commōtum est. Septuaginta enim quattuor gladiatōres, ducībus Spartāco, Crixo et Oenomaο, effracto Capuae ludo, effugērunt et per Italiam vagantes paene non levius bellum in ea, quam Hannībal movērat, paravērunt. Nam multis ducībus et duōbus simul Romanōrum consulībus victis sexaginta fere milium armatōrum exercītum congregavērunt. Victi sunt in Apulia a M. Licinio Crasso proconsūle et post multas calamitates Italiae tertio anno bello huic finis imposītus. (Eutropius)